sanctitas immensa: pontificatus excellentia: celibatus siue vt ita dixerim virginitatis gloria: doctrina singularis & nr̄is temporib⁹ accomodata peculiari quodā ac diuino ꝓuilegio cō uenerūt. Nihil sane huic viro nisi martyrij palma: quā tamē ex tolerantia multoꝝ laboꝝ ac corporis passionū merito sibi vendicare pōt defuisse videtur Sed qd ad hec explicanda me extendo: cum iam ipsius vitam oēs audituri simus? In qua nō omnia que dici de eo poterant neqꝫ ea qua decebat tantā rem narratione cōscripsi: sed breui ne molestus fierē eaqꝫ inepta sat scio: oratione eius gesta cō plexus sum. Unum te id pater optime & fratres tuos rogatos volo: vt hoc breue opusculū ꝑmum vos legere non pigeat: deinde alijs simul fratrib⁹ vr̄is qui per ceteras italie ciuitates constituti sunt cognoscendum: postremo vō ī vestra bibliotheca conseruādū custodiendūqꝫ recondatis: vt tanti viri exempla posteris quoqꝫ sint īcitamēta virtutū. Siquid vō minus apte minusqꝫ pro dignitate rei scriptum est in hoc veniā mihi dari postulo qui nūqꝫ hacten⁹ ad scribēdum accessi: idqꝫ partim ex meaꝝ reꝝ ac totius vite perturbatione: partim ex instituto fortasse non improbando faciundū putaui. Sin aūt qcqꝫ in tātaꝝ virtutū laudē cuippiā vestrum gratum iocūdūqꝫ scripsi: id mihi ad orationes suffragiaqꝫ sanctoꝝ fratrūqꝫ ipetranda patrocinari postulo. Uale.

Explicit epistola.


¶ Prologus in vitā beati Antonij de Florentia ordinis predicatorū archiepiscopi florenni incipit.

Nonnullis reb⁹ sepe numero annexa est quedā vt ita dixerim vis officij atqꝫ honesti necessitas vt ad certas res peragendas nō manu violenta cōpulsi sed ipsa virtutis decoriqꝫ necessitudine ita protrahamur: vt a nobis omitti sine nephario scelere nō possint. Huiusmodi est siquis parē tem etate confectum ac paupe rem suis opibus cum id possit enutrire contēnat. Siqs item filiam iam nubilem potius domi impudicam retinere qꝫ honesto viro nuptui tradere pertinaciter contendat. Aliaqꝫ huiusmodi tam multa sunt: vt vix narratione longissima comprehendi possint. Hac ego decori honestiqꝫ necessitate adduct⁹ vitam sanctissimi viri Antonij florētini presulis qui hoc āno

ex hac vita migrauit: Istis me morieq; mandare constitui. Quãq; eni; plures sint alij do cti viri in nostra ciuitate qbus ⁊ doctrina ⁊ igenio facile cedã qui rem hanc possent sentẽtijs ⁊ amplitudine oratõis illustra re: tñ quia apud vir̃ ipsum fui ⁊ domi eius vltra octauũ annũ gestaq; eius singula aut bona; partem proprijs oculis vidi au ribusq; hausi: ad me poti⁹ hoc onus officij q̃ ad quẽuis aliu; merito deferri ac pertinere sũ arbitratus. Est enim res digna memoratu tum alijs de causis: tum vel maxime vt qualem no stra etas produxerit vir̃ intelli gam⁹. Incredibileq; est vt his nostris temporibus qbus oĩs bene viuendi ac religionis nor ma labefactata ac pene destitu ta est: tot tãq; excellẽtes v̾tutes in vno homine cõuenire potu isse. In eo nãq; oĩs religionis norma oĩs pietas diuini cult⁹: oĩs sacrar̃ scripturaru; certissi ma doctrina: oĩs deniq; sanctis sime vite lucidissimũ exemplar situm erat. Hinc oẽs religiosi viri siue monachi siue presby teri fuerint siue etiam episcopi poterunt optimam vite sue mo rumq; disciplinam ac pie viuẽ di certam regulã adipisci. Hic enim vir nõ tam postq̃ e vita migrauit ver̃ etia; ⁊ antea dũ viueret ab oĩb⁹ italie populis omniq; romana curia de prela tis loquor summisq; põtificib⁹ sanct⁹ appellabatur. De h̃ igit̃ viro ea que ipse vidi et que ab alijs verissimis testimonijs ac cepi breuiter atq; concise dilu cideq; narrabo: alijs qui maio ri diccendi vi maioriq; eloquẽ tie: artificio prestant' exornatio nem tãtar̃ laudum amplitudi nemq; relinquam.

Explicit prologus.

¶ Incipit vita bti Antonij ar chiepiscopi florentini ordinis predicatorum.



Ntonius florentina vrbe ori/ undus ho nestissimis parẽtibus patre Ni/ colao: ma/ tre thoma sia natus est. Is multa solertia plus memoria valuit: ingenio grauis mitisq; admodũ ac taci turnus. Statura corporis non magnus: ossibus ac neruis ma gis q̃ carne suffultus. In ipsa pueritia religionis studiosus eccliam ⁊ auditionẽ diuini ver bi frequentabat: cepitq; iam tũ oratiõi assidue cõtẽplatiõiq;

vacare. Ferturqꝫ adhuc puer
ad figuram crucifixi que in ec/
clesia sãcti michaelis in horto:
sic enim appellaẜ: sita est longo
tp̱e singulis dieb⁹ accedere cõ
suevisse: ibiqꝫ supplex ac geni/
bus flexis diutius orare: adeo
vt plurimi id cernentes admi
rarenẜ tantã eẽ in puero tole/
rantiã ĩ orãdo: ⁊ in pseuerãdo
ↄstantiã. Cũ v̓o letanie ac ꝓces/
siões publice fierẽt frẽs p̄dica/
tores qb⁹ iam tũ afficiebaẜ mul
ta cũ gravitate ac modestia seq̃
baẜ. Nũqꝫ in ludo lr̃aꝝ in quo
supra coetaneos suos miꝝ ĩ mo
duꝫ ꝓficiebat qcq̃ꝫ puerile a so
ciis qui adhuc sup̱stites sunt in
nr̃a civitate fecisse memoratur
Erat enĩ iam tum in eius mori
bus sermoneqꝫ ac gestu corp̱is
prematura senectus gravitasqꝫ
ĩmensa. Cũ aũt ad pubertatis
ãnos p̱venisset aĩuꝫ ad religio
sam vitã capescendã cõvertit:
motus vt sepius nobis narra/
bat predicationib⁹ p̄stãtissimi
viri frĩs ioannis dñici: qui ex
ordine predicatoꝝ postea eius
virtutib⁹ ita postulãtib⁹ sancte
romane ecclesie cardinalis ef/
fectus est. Cuius viri singula/
res virtutes atqꝫ doctrinã in p̄
misqꝫ solertiã ⁊ acumẽ ingeniĳ
summis in celũ laudib⁹ extolle
bat antonius. Erat enĩ ĩ eo ma
gna divinaꝝ scripturaꝝ cogni
tio in interpretando solertia: ĩ
proloquendo facũdia: in rebus
agendis experientia: ⁊ in cõsu
lendo prudẽtia singularis. Ad
hũc cũ suscipiendi habit⁹ cã ac
cessisset antonius: ille enĩ tunc
fesulis eccl̃iaꝫ beati dñici ac eũ
cõventũ q nunc extat a funda/
mentis condebat: visus est hõi
prudentissimo puer acutus q
dem ingenio ac bone indolis:
sed etate tenellus. Iubet illum
adhuc aliquot ãnos expectare
donec ad p̱ferendã religionis
austeritatẽ sufficiat. Et qm̃ iter
rogatus ab eo cui nam scientie
aut facultati opam daret respõ
dit se decreti lectione plurimũ
delectari: vade inqt cũ totum
decretũ memorie mãdaveris:
tunc in ordinẽ admittere. Nõ
ausim affirmare qd̓ loquar: nã
ipse antonius nunq̃ꝫ de se talia
nobis narrasset sed in signum
singularis memorie vulgo hec
de illo fama ferebaẜ. Diciẜ eniꝫ
adolescẽs tũc ab hoĩe discessis/
se: transactoqꝫ ãno ad eũdeꝫ ita
decreto familiarẽ effectum re
diisse: vt in quacũqꝫ ei⁹ libri p̱te
illũ iterrogasset miꝝ immodũ
hõi satisfaceret. Tũ v̓o nõ iã re
pulsus sed avidissime suscept⁹
sextodecimo etatis ãno assum/
pto bti dñici ac p̄dicatoꝝ hitu

nouū induit hoīez q̄ ẜm deum
creatꝰ ē. Narrauit nob̄ postea
sanctꝰ ꝓsul mihi scꝫ marcoqꝫ p̄
sbytero cui sūma dilectōe eo ꝙ
bonus ac fidelis magnoqꝫ sibi
vsui eēt afficiebat:i cuiꝰ ēt mor
te defecit inq̄t baculus senectu
tis mee:se anteq̄ꝫ ad religionē
accederet voluisse de v̄tute sua
periculū facē. Cūqꝫ ab esu car/
niū abstineret vt id parētes la
teret:fingebat se sūptas ð mēsa
carnes ꝯsumē: q̄s postea clam
sub discū ꝓijciebat. In ea v̄o re
ligione q̄ꝫ mitis i frēs caruſqꝫ
oibꝰ q̄ꝫ dicto maiorꝝ obediens
q̄ꝫ orōni lectōiqꝫ assiduus q̄ꝫ de
niqꝫ eaꝝ obseruationū q̄s ꝯsti/
tutōes appellāt obseruātissimꝰ
fuerit:nō longa ēt narratiōe ex
plicari posse ꝯfidā. Multa rese
canda censeo:ne orōnis longi/
tudine legētibꝰ molestiā afferā
Cognita igit̄ hoīs v̄tute:statim
a pr̄ibꝰ ordīs ad gubernatiōez
aliorꝝ fratrū assumptꝰ ē:m̄ltiſqꝫ
in locis italie p̄or effectꝰ rome:
neapoli:caiete:cortonij: senis:
florētie:fesulis: postremo ēt ge
neralis huiꝰ tusce ꝓuincie vica
rius ac neapolitane factꝰ ē. In
q̄ munē m̄ltos italie ꝯuentꝰ ad
v̄e religiōis atqꝫ obseruātie re
gulā reformauit:m̄ltosqꝫ ānos
magna cū diligētia ac seuerita/
te ꝓuinciā gubernauit:circūcū
do ciuitates pedes sepenūero
icedēs:postremo v̄o etate atqꝫ
corpis infirmitate ꝯfectꝰ asellū
imitatꝰ ꝑsonam saluatoris ꝓ in
mēto hēbat. Ubi v̄o asellus aut
itineris lōgitudine aut viaruꝫ
hyemisue aspitate nō sufficeret
maiori robustioriqꝫ iumēto vte
batur. Tot v̄o tāqꝫ graues mor
bos i eo ordine ꝑpessus ē:vt se/
piꝰ ad mortis piculū accessisse
videret̄. Hermā q̄ꝫ igentē ma
gna cū molestia ptulit q̄ꝫ plures
ānos:q̄ ēt postremo maximam
morti eiꝰ occasionē ꝓbuit. Nar
rabat ip̄e p̄r nōnūq̄ꝫ q̄ꝫ multas
variasqꝫ egritudines ꝑpessus
eēt:q̄t febriū gn̄a:q̄rtanāqꝫ in p̄
mis lōgissimā i ptisim ēt flecti
ab oībꝰ i ipsa iuuētute putabat̄
Sꝫ ex his oībꝰ aiebat liberauit
me dn̄s:qppe q ad maiora ẜua
bat̄. Trāseo q̄ꝫ fuerit charitatis
amator:⁊ fraterne salutis zela/
tor ardētissimꝰ recēsere: n̄ solū
suorum fratrum veꝝ ēt reliq̄ꝝ
oīuꝫ. Omitto dicē quanto vsui
hoīuꝫ eiꝰ admonitiōes:ꝯfessio/
nes:ꝑdicatōesqꝫ fuerint:ad pre
claꝝ eni eiꝰ facinꝰ qualē fe.t.in
sua ad pōtificatū assūptōe oñde
rit festinat orō. Cum.n.vacāte
florētina eccl'ia post mortē bar
tholomei de zabarellis archi/
epi eugenius quartꝰ inde mor
tui locū suffecturꝰ eēt q̄ꝫ plures

partim de nostris ciuibus: partim de his qui erant apud eugenium qui oēs maximis opibus maximisq; fauoribus gliaban/tur ad eam dignitatē cōsequendam maxima ambitōe ferebāt. Hinc q; vexatus romanus pontifex pulsatusq; vndiq; precibus ac multarum peccuniarum pollicitatione vt fertur in ambiguo fuit ad quēnam tale mun⁹ merito deferri posse videret. Postulabant florētini virum grauem sciētia: virtutibusq; ornatum in primisq; ciuem suum. Ad quē iret nō facile reperiebat. Ita nouē mensib⁹ ambiguus suspensusq; animo romanus pontifex perseuerat. Cui tandem subijcientib⁹ viris religiosis psonā Antonij cum iam antea virtutem hois cognouisset statim eorum consci/lijs acquieuit: et nos multo post in consistorio publico fratrem Antoniū admirantibus cūctis ac stupefactis in exaltatōe incogniti viri archiepiscopū florē/tinum pronunciauit: vt in illo id verissime prophete dictum conueniret: Nō est inuentus similis illi qui conseruaret legē excel/si. Erat tum forte Antonius in peregrinatione: et neapolim visitandorum cenobiorum grā pgebat. Cūq; in ipso itinere ad eū hec esset fama perlata: cepit vir sanct⁹ statim de fuga cogitare. A consueta via diuertere ppo/suit: ad mare tuscum iter dirigē in saridiniam properabat: quo ibi vt postea intelleximus incognitus latere posset. Hec enim postea accepi a nepote eius petro: qui hoiem studiose queri/tans talia moliētem inuenerat. Cūq; nepoti id nūcianti conā/tiq; eum ad patriam reuocare ille se talem dignitatem vnq; subiturum negaret velletq; a se nepotē dimittere: ille vero nusq; ab eo se discessurum assereret: necessitate coactus senas a ne/pote suoq; comite conuerso or/dinis deductus cepit qd fuga nō poterat voluntate firmoq; pposito huic de se facte electōi ptraire. Asserebat se tanto oneri minus aptum minusq; ido/neum esse. Sed statim ad eum apostolice littere perferuntur. Significat ei voluntas pontificis: mandatūq; vt q; primū fe/sulas ad cōuentum sancti dñici se conferat. His enim locus nō longe a menib⁹ florentie vrbis situs est. Cūq; illuc vir sanctus apostolico dicto parens deue/nisset: cepit pro hac euitāda dignitate sollicitus esse. Ciues q ad eū frequentes visitandi pa/storis sui congratulandiq; grā veniebant: vt se tali onere libe

rum esse paterenf orabat. Scribebat eugenio litteras aliasqz itidem ciuiū imprimisqz cosmi medicis qui tum i nr̄a ciuitate auctoritate atqz opib⁹ ceteros anteibat: ad eundem summum pōtificem de hoc suo firmo ob nixoqz proposito conscribi litteras summis precibus ipetrauit. Sic omni qua poterat arte huiusmodi aufugere dignitatē nitebaf. At romanus pontifex cum sciret se optimā de eo electionē fecisse: cūqz nullis psuasorijs litteris quas plures ad antonium dederat videret hominē a suo ꝓposito flecti posse tandem per litteras nōnullorū prelatoꝝ imprimisqz grauissime maximeqz auctoritatis viri dn̄ici cardinalis firmani hanc suam oīno voluntatem irreuocabilemqz sententiā eē declarari fecit. Missisqz ad euz oibus super pontificatu capiendo litteris apostolicis: qcqd sibi pro illis offerri exoluiqz ꝯsueuit nō modicā ꝑfecto peccuniā libere ꝯdonauit. Tum demū antoni⁹ nullum iam cernens sibi sbter fugium relictum: cū hanc sūmi pontificis videret obnixam firmāqz sententiam: hoc omniuz suoꝝ ciuium desiderium: veritus ne voluntati dei ꝯtrairet q̄ in his signis tam māifestis apparere videbaf: decreuit ad se non nullos venerabiles sacerdotes abbatesqz ac prelatos fere oēs ciuitatis cōuocare: inter quos etiam nō nulli grauissimi ciuium affuerunt. Qui cum ad eum fesulas in vnū cōuenissent declarata primū summi pontificis voluntate cū singuli super ea re ab eo sententiā dicere, requisiti ad id oneris suscipiēdū hortaref: tum demū omnes vt simul cuz eo preces deo orationemqz facerent exorauit. Qua peracta deum hoīesqz testatus id contra voluntatē suam fieri prostratus in terrā totus impositum a sede apostolica onus suscepit. Uideres tū lachrymas i maxillis oīum singultusqz frequentes ac gemitus cū pre dulcedine tāti facinoris virtutisqz suauitate omnes cōmoti essent. In hoc imitatus est vir sanctissimus antiquos nr̄e fidei pr̄es. Nōne ambrosium: nicolaum: martinū aliosqz maiores nr̄os in quibus erat sanctitas imēsa hoc itidem fecisse memorie ꝓditum est: A qbus hic nr̄ pontifex cum in ceteris mihi non impar illis fuisse videaf vite. s. sanctimonia: doctrina: ⁊ exemplis: in huius etiam dignitatis contēptu q̄z illoꝝ virtuti haud dispar fuerit facile demonstra

uit. Ingressum v̊o ciuitatis nō
in equo vt mos esse ferebat sed
pedes non pretermissa tamen
solēni ꝓcessione reliquoqꝫ ap/
paratu qui ad religionē ptine/
bat: faciundū instituit. Cūqꝫ pri
mo diluculo missam celebrassꝫ
extra ciuitatē in ecclia scti galli
tū magna cum solēnitate atqꝫ
oiuꝫ expectatōe ciuitatē igres/
sus pmū eccliam scti petri ma/
ioris: mox inde nudis pedib⁹
vt mos est eccliam cathedralē
accessit. Postremo obseruatis
ꝯsuetis cerimonijs satis fatiga
tus āteqꝫ cibū sumeret se domū
recepit. Ibi plures plati cū nō
nullis ciuib⁹ q archiepatus cu/
stodes appellant pro dignitate
accepit. Hic iam maiori inge/
nio maioriqꝫ qꝫ in me sit facun
dia opus eēt ad id scꝫ explican
dum quāta cum sapientia: quo
studio: qua vigilantia: q̄ iusticia
qua mansuetudine: qua deniqꝫ
oiuꝫ hoiuꝫ admiratōe tresdeci
annis pontificatū gesserit. Pri
mū oiuꝫ domi familiam mode
stissimā habere voluit eāqꝫ nō
magnā: sed vix officijs necessa
rijs satisfaceret: oēmqꝫ pompā
oēmqꝫ luxum a victu vestituqꝫ
suo ac suoꝝ eliminās. Nullam
habuit suppellectilem nullum
apparatum nō aurea non vasa
argentea: non canes: nō equos
vt pleriqꝫ prelatoꝝ faciūt. Unū
tm̄ paruulū mulum qui etiam
dono ei datus fuerat domi pro
extrema necessitate retinebat.
Aiebat nō decere prelatū bona
paupeꝝ in nutriendas bestias
aut in quēuis alium supfluum
luxum consumere. Duob⁹ pmo
vicarijs qui ius dicerent: dein
de cū duo cōtrouersiā sibi inui
cem afferre viderent: vno tm̄
vtebat. Eligebatqꝫ viꝝ quē pro
bum peritūqꝫ potissimuꝫ arbi/
trabatur: cui pro labore annuo
centum aureos mercedis noīe
d̄ suis bonis dari iubebat. Pro
curatori. xxx. alijsqꝫ domesticis
ministris de quo cōuenerant p̄
mio satisfieri integerrime cura
bat. Nemo fuit apud illū q non
sibi satis superqꝫ factū esse corā
omnibus profiteretur. Procu/
ratori soli omniū colligendorū
fructuum prouentuumqꝫ ac to
tius rei familiaris administra
tionem relinquebat: reliquam
pastoralis cure solicitudinem
sibi reseruabat. Uniuersam eq̄
familiaꝫ quā sepenumero in ti/
more dei viuere hortabatur op
timo victu secluso tamen semp
luxu supfluo pasci iubebat. Ipe
cibis cōmunibus vescebatur:
i hisqꝫ minime curiosus. Sem
per enim quid quaqꝫ die come
sturus esset: penitus ignorabat

Quod ei parabatur apponeba
turqꝫ sumebat. Omni sexta fe/
ria quadragesimalibus cibis ꝑ
se omniqꝫ familia vti ieiuniūqꝫ
seruari mandabat. Ieiunium
quoqꝫ aduentus domini singu
lis annis velut in religione fa/
ciebat seruare ꝯsueuerat. Quo
etiam tempore nonnūqꝫ ouis
in grauescente etate pro corpo
ris imbecillitate vtebatur. Ie/
iunia v̊o ecclesie nulla penitus
nisi morbi grauissimi causa re/
liquisset. Lectioni diuine quā i
mensa semper habebat ita erat
intentus: vt nullū posset lector
verbuꝫ minus recte proferre:
quod non statim eius correctio
ne emendaretur. Diceres ho/
minem non ad cibum sed ad le
ctionē accessisse. Cena eius aut
nulla aut breuissima erat. Sur
gebat noctu semper adeoqꝫ so/
licite vt signum matutini offi/
cij cathedralis ecclesie preueni
ret. Cumqꝫ diuinum officium
cum suis clericis magna cum
attentione et mentis eleuatiōe
persoluisset reliquū quod erat
temporis vsqꝫ ad horam diei
tertiam: lectioni sacre aut com/
ponendis libris de quibus pau
lopost verba faciam tribuebat.
Hora tertia missam celebrabat
quā nūqꝫ nisi magna vrgente
necessitate reliquisset. Celebra
ta missa quod reliquū erat diei
totum in cure postoralis solici/
tudine in audiendisqꝫ his qui
multi diuersis de causis ad euꝫ
ibant vsqꝫ ad serā noctem pre/
ter id temporis quod necessita
ti corporis condonabatur con/
sūmabat. Neminem inauditꝫ
nec vilissimū quēqꝫ a se dimit/
tebat. Satisfaciebat omnibus
quantum in se erat: quippe qui
audiendo patientissimus ac re
spondendo mitissimus esset.
Tāta enim eius ingenio insita
erat humanitas: vt neminem
etiam domesticum ministrum
vnqꝫ quauis de causa i quouis
errato acerbe reprehenderet:
vt ne paululum quidem irasci
aut excandescere posse videre/
tur. Dixerat olim cum esset in
ordine cuidam ex fratribus ad
modum carissimo se siquando
quēpiam in aliquo errato aspe
rius castigasset: non id ex ani/
mi perturbatione sed ex vio/
lentia quam sibi inferebat effi/
cere. Nullis deniqꝫ vexabatur
iniurijs nullis cōtumelijs nul/
lis iacturis mouebatur: omni/
bus humanus: affabilis omni/
bus vt de illo id verissime dici
posset: quod de moyse in libro
numeroꝝ scriptum est: erat enī
moyses vir mitissimꝰ sup oīes
hoīes q morabant in terra. Cō

fluebant ad eum oēs cause ciui tatis nedum clericoꝝ sed ꝛ lai/ coꝝ plurime: qui de cōi ꝯsensu eas in illum tanꝗ̄ in optimum ac iustissimū cognitorē reijci/ ebant. Singulis vero diebus religiosis viris ꝗ̄plurimis do mus eius referta erat: qui par tim elemosynas: oīa eniꝫ bona sua in pauperes distribuebat: partim de rebus dubijs certis/ sima verissimaqꝫ ab eo iudicia reportabant. Tanta enim erat in eo sacraꝝ litteraꝝ cognitio: tanta ꝯsuetudo tanta deniqꝫ in consulendo experientia: vt nō solum ciues veꝝ ꝛ aduene plu/ rimi principes ac prelati de re bus grauissimis eius sententiā plurimi facerent. Ob quā rem etiā antea frater antoninus cō/ siliorū appellari ceperat. Sic enim vtplurimum diminutiue anteꝗ̄ pontifex fieret vocari cō sueuerat. Qꝛ siqs libros ei⁹ ꝗ̄s de omī doctrina sacra magnis voluminibus ꝯscripsit perlege rit dicet tantā in eo hoīe fuisse sapientiā: vt merito toti⁹ italie quinpotius iuxta euangelicum dictū tanꝗ̄ sal ꝛ condimentum quoddā totius terre dici posse videretur. Si qn̄ vō ex illo ne/ gociorū tumultu dabat aliqua vel parua requies statiꝫ ad stu dium diuinamqꝫ lectioneꝫ vel orationem reuertebat. Multa enim alia preter officiū vsitatū dicere ꝯsueuerat: Nā psalmos penitētie dicatos cū letanijs offi ciumqꝫ beate virginis ꝗ̄uis in festo duplici nullo die dicere ꝓ termisisset. Bis saltem in heb domada officiū mortuoꝝ cum nouē lectōib⁹ ꝛ in festiuitatib⁹ solēnibus integrum psalteriuꝫ dicere vsitauerat. Quōqꝫ multa admiratione dignum est nihil vnꝗ̄ legendo sed oīes penit⁹ psalmos memoriter recitabat. Hoc enim hi qui cum eo psal/ modiam dicebāt experimento didicerunt. Asseruit etiā mihi vnus ex suis veteribus familia ribus se potuisse aīaduertere il lum se nonunꝗ̄ flagris verbe rare consueuisse: ꝛ hoc ex q̄ ad archiepiscopatus dignitatē as/ sumpt⁹ est. Illud sane in eo ma gne grauitatis magneqꝫ pru/ dentie signū erat: ꝙ nulla erat tam magna negocioꝝ ꝑturba/ tio que ei ad diuinaꝝ rerū spe culationē reditum remoraret adeo nulla molestia ꝑturbatus summa pace ac quiete interna aīus fruebatur. Dederat mihi sanctissim⁹ pater egregiā quā/ daꝫ monitiōeꝫ litterisqꝫ aureis sententiā ꝯscribendam. Cū eni molestiā pastoralis cure ac tan tā diuersoꝝ negocioꝝ ꝑturba/

tionem solus apud illum dete/
staret: non est inquit possibile
plerisqȝ mortalium ac fere om
nibus ob eā que ex rebus hui⁹
seculi consurgit solicitudinem
aliqua pace ac quiete sedati ani
mi perfrui: nisi ipe sibi aliquē
secretum occultumqȝ mētis se
cessum reseruauerit: ad quem
nec negociorum molestia: nec
curarum solicitudo: nec omni
um rerum agendarūque foris
sunt pturbatio penetret: quo
cum negociorū exercitatio ces
sauerit statim omni passiōe nu
datus animus tanqȝ ad arcem
quandam: & ad hominem quē
paulus interiorem appellat cō
fugiat. Ad qd consequendum
magna aiebat arte opus ē. Cū/
qȝ ipe hac sedati animi pace ac
quiete frueretur: nullum tamē
pastoralis dignitatis officium
omittebat: nullam sacrorum lo
corum ac sanctimonialium mu
lierum visitationem: nulla mis
sarum solēnia: nullas altarium
consecrationes: aut calicuȝ: seu
sacrarum vestium benedictio/
nes ptermittebat. Quibus i re
bus omnes consuetas cerimo/
nias diligenter accuratissime/
qȝ obseruabat. In ordinationi/
bus vo sacrorum ordinum: iti/
demqȝ in ecclesiarum collatio
nibus seu cōfirmationibus: ni/
hil muneris penit⁹ accipi: aut
a se: aut a suorum quoqȝ patie/
batur. Aiebat id genus cōmer
cij: haud quaqȝ ab eo auaricie
crimine que simonia nuncupa
tur alienum esse. Sic etiam re/
liquis in rebus ab omni mune
re imaculatas inoxiasqȝ man⁹
conseruabat. Non amicitia: nō
odio: neqȝ prece: neqȝ precario
vt poetico vtar verbo: a recti
iudicij quā nouisset semita di/
uertebat. Erat tamen cum illa
seueritate summa humanitas
misericordiaqȝ cōiuncta: eaqȝ
in delictis sacerdotum potissi/
mum vtebatur. Idqȝ agebat vt
nec impunitum crimen relin/
queret: nec etiaȝ ad viuum pu
tridum vulnus penitus reseca
ret. Tantūqȝ sua industria sua/
qȝ solicitudine factuȝ est: vt cle
rum quem satis inhonestum:
satisqȝ deperditum omni gene
re flagitiorum acceperat: satis
modestum satisqȝ emendatum
reliqueret. A multis quoqȝ er
ratis ciues suos maximeqȝ a
cōmercijs vsurarijs reuocās:
m̄ltos ad rectā viuēdi normā
pduxit. Ceperat primo in ipsis
primordijs sui potificatus sin/
gulis dominicis diebus ad sin
gulas ciuitatis ecclesie accede
re: ibiqȝ populo qui affuisset sa/
lutis monita ac diuinum pro/

ferre sermonem ini consueuerat. At postea cernens id iam vilescere cum simul huc alij plures egregijq diuini vbi oratores accederet: decreuit in alium rectius operandi vsum id temp9 consumere. Sic vir sanctus oia sui muneris officia magna cuz diligentia maiorique charitate prosequebatur nullum vitans laborem: nullum periculum: nō frigora: non estus: non pluuias obseruabat. Omnes etiam robustissimos iuuenes in tolerādis laboribus anteire videbatur. Accepi ego ab vno ex eius domesticis ministris: illum cū per agros ad ecclesiarum visitationem accederet cum sub ardenti sepius sole ad opus inceptum exire consuesceret: nō nūq compressos remoratosq gemitus dum equum ascenderet edere consueuisse: quos ex latenti vt ille existimabat mala valitudine vehementiq corporis dolore inflictos comprimere ac dissimulare non poterat. Cumq ille vellet sanctuz virum in ipso itinere remorari: et ad modicam vel parui momēti requiem hortaretur: pge modo aiebat nostrum iter prosequamur. Illud sane intactuz

non preterea: quod egomet in eo viro singularis patientie signum conspexi. Cum enim tribus fere annis ante obitū eius relatum fuisset ei clericos i maiori ecclesia minus attente minusq religiose officia matutina celebrare: cepit ipe singulis noctibus ad ecclesiam cathedralem imponende modestie causa accedere. Cumq quadaz nocte magna vis ventorum ac pluuie: ex hyemis asperitate omnia perturbaret: accessim9 duo presbyteri: ego et marcus de quo prius verba feci ad antiquum patrem vt illum ab incepto itinere illa tm̄ nocte retraheremus. Cumq in sententia permaneret: cepi ego audacius aduersari: afferēs senectuti eius illud incommodum algoris ac pluuie: non enim est vnita cathedrali ecclesie dom9 episcopalis: maximum detrimentum afferre posse. Cumq itidem renittenti dicerem nō ne heri ac nudiustertius hoc egisti pater: hanc tantū cepto operi noctem interpone: quo te a tanti rigoris ventorumq flantium tempestate cōserues tum ille testimonium apostoli tanq pro contrario sumens ar

gumento: In fame inquiẽs et siti: in frigore et nuditate: cum me tanq̃ imbecilliorem ad remanendum hortatus esset: ipse ad susceptũ iam munus prosequendum properauit. His tantis tanq̃ egregijs virtutibus effectum est vt magnum sibi sapientie nomẽ magnamq; sanctitatis auctoritatem non solum apud ciues suos: verum etiam apud omnes Italie populos apud nobilissimos principes ac romane curie prelatos compararet. Summa erat populi erga eum reuerentia: summa pietas: magna de eius sanctitate opinio. Quacunq; illum transeuntem intelligebant accurrebant omnes: simulq; genibus flexis proniq; in terrã: maiores pariter atq; minores ⁊ nobilissimi ciuium atq; optimates pro benedictione ab eo suscipienda flectebantur. A summis vo pontificibus non solum amabatur verum summa reuerentia summaq; veneratione dignus esse ducebatur. Eugenius quartus qui cognita hominis virtute illum ad eum dignitatis graduz vocauerat paulopost: vt eo copiosius frui posset: florentia illum ad se romam accersiuit. Erat enim pontificis summi vt fertur intentio maiori eum honestare dignitate. Fecissetq; voto satis nisi paulopost morbo preuentus diez obijsset. In qua egritudine antonium semper egrotanti assistere: et per manus eius sacrosancte ecclesie sacramẽta extremamq; vnctionem suscipere voluit. Non minori eum dilectione aut reuerentia nicolaus quintus qui in pontificatu successit eugenio prosecutus est. Integritatem atq; hominis sanctitatem non solum admirabatur: verum et alijs p̃dicabat. Diciturq; hoc fuisse ex Nicolai summi pontificis ore prolatum. Non minus ait: ego archiepiscopum florentinum sanctorum cathalogo adhuc viuus ascribendum putarem quam Bernardinum mortuum: quẽ ego multis verissimisq; testimonijs omni approbante ecclesia canonica celebratione decoraui. ¶ Magnum profecto verbum atq; immense sanctitatis testimonium: idq; non in bernardini detractionem sed

in laudem antonij prolatum fu
isse iudicamus. Cōstituerat eti
am idem summus pontifex vt
appellationes causarum: et iu/
diciorum que a sententia ipsius
archiepiscopi fierent ad sedem
apostolicam in romana curia
non admitterentur. Existima/
bat enim qđ iudicasset vir san/
ctus nullius cuiusqꝫ iudicio in
fringendum esse. Nil tum ab
apostolica sede petisset antoni
us: qđ non: siue pro se: siue pro
quouis alio facillime impetras
set. Quinetiam cum in quadam
penuria ciuitatis nostre postu
lata primo a summo magistra/
tu: acceptaqꝫ pecunia publica
famelicam plebem ac pauperes
iesu christū pauisset antonius:
cum perdurante charitate an-
none suis sumptibus prouenti
busqꝫ episcopatus qui exiles ad
modum sunt supplere non pos
set: a nicolao papa pro pascēda
plebe magne pecunie subsidiū
impetrauit. Neqꝫ id semel tan
tum: sed et sepius a summo ma/
gistratu cōsecutus est. Comple
ctebantur illum pari charitate
pariqꝫ beniuolentia: plati om/
nes ac reuerendissimi roma/
ne ecclesie cardinales. In pri/
misqꝫ vir magne auctoritatis
ac virtutis dominicus sub titu
lo sancte crucis ecclesie roma/
ne cardinalis firmanus: qui đ
se post obitum magnum inte/
gritatis ac sanctitatis nomen
posteris dereliquit. Quid di/
cam de petro sub titulo sancti
marci qui eugenij pōtificis ne
pos fuerat? Quid de iohanne
sub titulo sancti sixti? Quid de
eo qui nuper sub titulo sācte: sa
bine cardinalis effectus est tūc
vo temporis episcopus spole/
tanus erat: quo amore ac mu/
tua inter se charitate maxime
ob similia studia amplecteban
tur: consulebatqꝫ sepe alter alte
rum in rebus dubijs. Quid de
reliquis cardinalibus loquar:
quibus ita charus erat in beni
uolentia deuictus: vt omnes san
cto viro rem gratam facere sū
mo gestirent desiderio. Neqꝫ
hoc ex officiosa antonij ambiti
one prouenerat. Nemo enim
hominum erat: qui minus eo
ad gloriam et ad excellentiam
dignitatum accenderetur. Nō
pecunia: non laude hominum:
non vituperatione: non volu/
ptatibus vllis mouebatur anto
nius. Non habitum ordinis sui
non animum: non faciem aut
vultum in dignitate mutarat.
Cupiebatqꝫ potius vt sepius ex
eius ore audiuimus si licuisset
ad suam reuerti monasticā cel
lulam: qꝫ ad altiora trascende

re. Memini ego cum quidam
ei satis impudenter breui eum
cardinalem futurum adulandi
gratia dixisset: tum ille de sero
de inquit ac propinqua morte
nobis de maiori gradu ac exal
tatiõe meditandum. Cũqz alio
item tempore alius eum sancti
tatis nomine appellasset: San
cti inquit antonius in paradi/
so habitãt: nos autem peccato
res in terra. Post obitum vo
nicolai ad calixtum tertium q
i apostolica sede ei successerat
a summo magistratu nostre ci
uitatis legati romam missi sũt
inter quos vt legationi adde/
retur auctoritas antonius pri
mo loco electus. College autez
ei9 giannoz9 pandolfinus eque
stris ordinis: otto nicolinus iu
riscõsultus: antonius ridulfus
& iohannes medices. Qui cuz
perusio iter facientes romam
magno apparatu peruenissent
statuta die in consistorio publi
co ad presentiam pontificis ad
missi sunt. Quo in loco qui & p
sonarum auctoritate: & magna
hominum etiam doctissimorũ
frequentia celeberrimus erat:
talis fuit ad summuz pontificẽ
oratio antonij: tanta verboruz
ac sententiarum venustate: tan
taqz gestus ac vultus grauita/
te vocisqz sonoritate prolata:

vt stupentibus omnibus nõ iã
theologus aut orator: sed mis/
sus e celo angelus prolocutus
esse videretur. Tangebat in ea
oratione abstrusa mysteria: sen
tentiasqz grauissimas adiece/
rat. Que omnia nunc enume/
rare cum adhuc ipa extet ora/
tio superfluum iudico. Qua ex
re id factum est: vt cum antoni
us magnum antea ciuitatis no
stre nomen maiorum gloria
maiorisqz auctoritate illustrassz
ad successorem calixti pium se
cundum romanum pontificez
eodez legationis officio fungi
summo itidem eligenti magi/
stratu cogeretur. Nec fuit ea le
gatio priore deterior: aut appa
ratus: aut personaruz dignita
te: in qua etiam elegans ac glo
riosa fuit oratio antonij. Fue/
runt autem college antonij in
hac secũda legatione angelus
acciaiolus equestris ordinis:
loisius guicciardinus: petrus
pazius: gulielmus rucellarius
petrusfrancisc9 medices. Qua
vo beniuolentia ac dilectione
pius papa ex ea parua qz in il/
la legatione cum eo habuerat
consuetudine antonium com/
plexus fuerit: qzqz de eius san
ctitate opinionem conceperit:
indicauit postea in obitu eius
decretum eiusdem summi pon

tificis: quam rem paulopost se riosius enarrabo. Illud sane ad maximam antonij laudem ces/ sisse videtur quod cum pius papa in ipsa prima assumptione su/ am vellet curiam romanam in quibusdam minus decenter: minusque honeste vsitatis re/ formari: et ad id curandum ali quos ex grauioribus cardina libus constituisset quos refor/ matores curie appellauit. An/ tonium quoque illis socium tan/ quam optimum ac prudentissi/ mum virum adiecit. Sed ea reformatio maiori vrgente ne cessitate: tunc intermissa et in ali ud maioris quietis tempus di lata est. Cum etiam federicus imperator qui romam ad coro nam imperij capiendam pro/ fectus est ad italiam aduenta/ re diceretur: elegit summus ma/ gistratus nostre ciuitatis anto nium legatum: qui imperatori obuiam fieret. Sed antonius iam senio atque imbecillitate co fractus id honoris ad aliuz de ferri maluit. Hec dico vt intel ligamus qualis erat de pruden/ tia antonij deque eius facundia opinio: neque profecto falsa. Nam vt cetera omittam in quibus elo quentia Antonij demonstrata est: illud sane silentio preterean dum esse non censeo quod cum ex legatione quam ad calixtum ha/ buit: in patriam cum collegis reuersus esset antonius. Cumque ad summum magistratum: vt de more est functe legationis ra tionem redditurus accessisset: totum enim legationis pondus ei incubuerat talis tam longa: tam dilucida: tamque recenti me/ moria fuit eorum que gesserant in legatione copiosa enarratio vt a diuino potius quodam quam ab humano ingenio oratio illa habita esse videretur. Eoque id magis animaduerti: quo om/ nes qui tum aderant plurima admiratione: maximoque stupo re perculsos esse conspexi. In vtraque enim legatione sancto vi ro comes fui: et secretarij offi/ cio functus. Neque vero vsque eti/ am in rebus magnis deerat an tonio animi magnitudo. Quod tum maxime patuit cum etiam ma gistratum summum nonnullis in rebus coram redarguere au sus est. Idque potissimum fecit eo tempore quo franciscus pa/ tauinus: qui nunc est ferrarien sis episcopus: tum vero euge/ nij thesaurarius: huc missus ab ipso summo magistratu pro vin/ dicandis redimendisque nonnul lis nostrorum ciuium: qui rome

detenti erãt: velut obses capt⁹ est. Erat tum forte extra ciuitatem visitationis causa Antonius. Qui cum hanc rem accepisset magna ad vrbem festinatione properauit: summumq3 statim magistratu3 adijt: magnaq3 detestatione quod per illos factum erat redarguit. Clamabat tum sũmo magistratuí Antoni⁹ non licere quauis de causa viro ecclesiastico violentia3 afferri. Qđ nisi ab incepto destitissent grauissimã in eos excõmunicatõis sentẽtiã publicasset. In principio quoq3 sui pontificatus: non minore laude dignum operatus est facinus. Cum enim quadam die visitandarum ecclesiarum gratia ciuitatem perambularet: vẽtum est ad quendam locum: vbi ciues multi publice ad talorum alearumq3 ludum conuenerant. Quod cum vidisset vir sanctus illuc accedens precedente cruce summa cum detestatione omnia ludi instrumenta subuertit. Cum vo subsequentibus annis subito in ciuitate nostra ludus nouus qui per sortes fiebat exortus esset in quo non tantũ nostra: veru3 et romana ciuitas infecta erat adeoq3 deperdita: vt omnis pene populus relicto artiu3 exercitio illuc ad perdendam peccuniam priuatamq3 substantiã se quisq3 conuerteret. tanta fuit pastoris industria: vt sicut repente aduenerat ludus detestabilis: ita repente penitus extinctus esse videretur. Quod etiã rome postea summus pontifex ad imitationem Antonij tolli iussit. Ex qua ieiunum id bonum consecutũ est: q cum quidam ĩ nostra ciuitate sacerdos ex illis sortibus aureos mille lucratus esset: intercepit eam peccuniam Antonius ac pauperibus errogauit. Erat enim tunc quoq3 plebs famelica in nostra ciuitate. Nõ defuit etiã tum Antonio magnitudo animi cum sordidissimum hominem ac detestabile caput ioannis canini quem heretica prauitate infectum deprehenderat non approbantibus id multis ciuibus flãmis concremandum esse adiudicauit. Quod vo in hac extrema posit⁹ egritudine in qua etiam decessit: q bus verbis: quo animo ecclesiasticam ĩmunitatem tutabatur. Cũ enim per publicos magistratus lata lex eẽt in qua cõtra canones clericorum patrimonia tangebantur: audebat

dicere se etiaꝫ in summum ma gistratum nisi ea lex abrogata fuisset ex communis sententia: quin etiam si opus esset in vni uersam ciuitatem se interdictũ ecclesiasticum imissurum. Sic merito eum vt summe virtutis virum verebantur omnes: co lebãt vt patrem: vt sanctissimũ virum adorabant. Neqꝫ id im merito. Erat enim vniuersorũ ciuium patron⁹ quidam ac pat patrie qui omnibus prodesset: neminem lederet: omnẽqꝫ sub stantiam suam pauperibus ero garet: neqꝫ id parce aut minu tim. Cẽtum enim aureos in fe stis paschalibus in pios vsus ⁊ necessitates pauperum distri buere consueuerat: preter quo tidianas elemosynas. Nihil si bi reseruabat: nihil post se i mor te nisi necassariam eamqꝫ par uam ac tenuem suppellectilem deliquerit. Edificandi quoqꝫ curam aut solicitudinem nũqꝫ habuit. Hoc successorib⁹ aiebat meis faciendum reliquamus. Uerũtamen cũ non paruis ter remotibus vniuersa esset florẽ tina ciuitas conquassata: in re staurationeꝫ domorum itidẽqꝫ in alijs condendis nouis edifi cijs ita postulãte necessitate cõ sumpsit. Et quoniam terremo tuum mentioneꝫ fecimus adij ciendum est illud portentũ qđ apud castellum sancti cassiani quod a nostra ciuitate octo mil libus passnũ distat biẽnio post terremotus illos contigisse cõ sperimus. Nam in vigilia sctí bartholomei apostoli summo mane in ipso crepusculo talis tanqꝫ vehemens fuit aeris per turbatio: tanta ventorum pro cella: vt nulle nedum arbores aut vergulta: sꝫ nec edificia qui dem stare posient. Euulse sunt radicitus quercus ingẽtissime alie trũcate: pinnus quoqꝫ gros sissime per mediuꝫ fracte ac di stracte sunt: vastatiqꝫ sunt agri arboribus. Sed neqꝫ domus vlle tantam tempestatem per ferre potuerunt. Omniũ tecta euersa ac dispersa non nulla ẽt integra sublata ⁊ longo spatio de loco ad locum translata sũt. Pleraqꝫ edificia penit⁹ ad ter ram postrata. Occisi etiã mul ti promiscui sexus viri ac mulie res a ruinis oppressi. De peco ribus nihil loquor cum in ea ꝓ cella illud sane poeticum dici posset: cum stabulis armẽta tra hit. Facta est igitur tũ magna arborum domorum atqꝫ homi num strages. Illud quoqꝫ pro fecto multa admiratione in ea ventorum perturbatiõe dignũ est: ꝙ cum quedam ecclesia ma

gnam ex ea procella ruinam fe
cisset corruentibus aliis vndi/
qz muris ac parietibus: solum
tabernaculum corporis domi/
ni intactum ibidem illesumqz
permansit: magnum sane no/
stre fidei argumentum. Fuit
autem ea rerum perturbatio
ex ventorum commotione sine
aqua primo: mox' subsecuta est
ingens pluuia. Nihilqz in eo
turbine salubrius fuit qz bre/
uitas temporis: nam octauo fe
re hore spatio perdurauit.
Breue etiam terrarum spati/
um per latitudinem occupauit
Non enim integros mille pas
sus complexa est: per longitu/
dinem vo magis magisqz ad
quinquaginta millia passuum
plusue protracta est; et a tyre/
no vt fertur mari eleuata per
vulteranum agrum ac floren/
tinum ad fesulanum vsqz per/
uenit. Res sane magni porten
ti: ac nostris temporibus inau
dita. Erat vo antonius vt iam
ad illum redeamus vt in aliis
accuratus: ita sui commodi aut
cultus corporis negligentissi/
mus: adeo vt post menses mul
tos ad commutandas plenas
sordibus ac pediculis tunicel/
las et calligas vix compelli pos
set. Quin etiaz id quod ab vno
ex eius fratribus admodum il
li familiarissimo accepi non ta
cebo. Sunt enim que nunc a
me scribuntur de Antonio vi/
ris grauibus: et his qui iam
solido vt ait apostolus vtuntur
cibo maxime edificationis cau
sa ac magne sanctitatis exem/
plar. Quod vo filii huius se/
culi de hisce rebus sentiũt par
ui facimus. Aiebat autem fra
ter ille Antonium quadam vi/
ce cum cibum sumeret petiisset
vt sit vinum sibi misceri: cumqz
frater ille cyatum in quo paulo
ãte vrina fuerat abluere ac mũ
dum reddere festinaret: sic mi
sceto inquit Antonius: nam lo
tum illotumqz esse nil refert.
In quo beato Francisco simile
quid fecisse apparet qui cinerẽ
ferculo immiscuisse dicitur ne
vitio gule tangeretur. Ut vo
sui aut voluptatis negligentis/
simus: ita erat equi iustiqz di/
ligentissimus obseruator. Ab
eo quod semel bonum rectum/
qz esse nouerat nullis multo/
rum magnorumqz ciuium pre
cibus flectebatur. Sic tandem
ciues omnes illum admoduz
verebantur et amabant pluri/
mum. Quin hec fuerũt cosmi
multa cum sapientia verba pro
lata: qui vt opibus ita et pruden

tia ceteros ciuium anteire du/
cebatur. Magne aiebat fue/
runt hac tempestate nostre ci/
uitatis calamitates: maiora pe
ricula bellorum: pestis: inedie
terremotuū. imprimisqꝫ occul
tarum seditionum: que omnia
meo iudicio nostram euertis/
sent ciuitatem: nisi pontificis
nostri merita orationesqꝫ re/
stituissent. O preclara ac sapi/
enti viro digna sententia. Is
etiam vt nuper in successore
antonij sic prius in ipsa anto
nij promotione sua suorumqꝫ
postponens cōmoda: vtilitati
publice ꝯsulendū putauit. Il/
lud sane non est pretermitten
dum: quod ad perfectam An/
tonij gloriam pertinere videa
tur. Nihil enim deest vt pro
pheta ait timentibus deum.
Si enim Antonio tabulis te/
stamentoqꝫ dignitatem suam
cuippiam legare licuisset: ne/
minem ei qui sibi in pontifi/
catu successit preponendum iu
dicasset. Eum enim rectum do
ctumqꝫ virum existimabat: cu
ius etiam iudicio in dubijs va
rijsqꝫ sententijs sepius vteba/
tur. Sed de hoc alias. Nunc
ad Antonium redeamus. Qui
cum iam septuagesimum eta/
tis annum attigisset: tredecim
enim vt diximus annis ponti
ficatum gessit ad quē cum qn/
quagesimum septimum ageret
annum assumpt⁹ est: febri qua
dam lenta correptus quā fleg/
maticam physici appellant:
non vehementi sed longa egri
tudine laborauit. Cumqꝫ ce/
pisset morbus ingrauescere ve
hementiorqꝫ eum febris vexa
ret accessi ego ad lectum i quo
iacebat conabarqꝫ: vt fit egro/
tis: ipsum amantissimum pa/
trem consolari simulqꝫ bonam
spem ⁊ conualescentiam polli
cebar. Ad quod vir sanctus
fiat inquit voluntas dei. Et pau
lopost subiunxit prophete ver
ba que scribuntur in psalmo.
Dies inquit annorum nostro
rum in ipsis septuaginta an/
nis. quasi preuidisset vite sue
terminum: cuꝫ ad eam iam eta
tem vt paulo superius dixim⁹
peruenisset. Imposuerat etiaꝫ
non multo antea extremā ma
num ingenti libro magnoqꝫ vo
lumini quam summam appel
lauit. Quam longo tēpore ma
gno labore multoqꝫ artificio cō
scriptam: vt paulopost docebo
non ad meatus syderum na/
tureqꝫ occultas vires demon
strandas: sed ad dandam edo
cendamqꝫ eam salutis scien/

tiam ediderat que in edocen
do timore domini cum per/
ceptione mandatorum eius ac
operis conſumatione poſita ē.
In.quo libro quicquid ad con
ſiderationem ſpeculationemqꝫ
ſacratiſſime theorie: quicquid
ad nobiliſſimaruꝫ virtutum ac
quiſitionem: quicquid deniqꝫ
ad bene beateqꝫ viuendi vſum
pertinere videatur dilucide ſa
pienterqꝫ conſcriptum eſt. Ni
hil pretermiſſum: nil obſcure
nil conciſe mutilateqꝫ dictum.
Eaqꝫ decauſa magno eum vo
lumine neceſſario concluſit.
Non enim de vniuerſalibus
tm̄ rebus ſcripſit: verum etiā
ad particularia queqꝫ deſcen
dens ad hunc noſtrum viuen
di vſum ⁊ ad ſingulareꝫ quan
dam humane vite operatio/
nem doctrinam accomodauit.
Quam etiam quinqueparti/
tam eſſe voluit. Et in prima
parte de anima in genere deqꝫ
eius nobilitate ac de immor/
talitate anime diſputauerit.
De infuſione eius in corpore:
de eius potentijs que extrin/
ſecus ſunt: de intellectu ac vo
luntate de paſſionibus anime.
Item de cauſis peccati. De pec
cato ac nocumento eius. Iteꝫ
de ſeptemplici genere legum
Cuius principium eſt. Quam
magnificata ſunt opera tua do
mine. Et vade ad formicam
o piger. In ſecunda parte de
ſeptem vitijs in ſpecie ⁊ de eo/
rum ramis. In primiſqꝫ de ſu
perbia eorum capite: et in pri
mo titulo tractauit de ſimonia
⁊ vſuris diffuſe: in ſecundo de
reſtitutionibus: item de iura/
mento ac periurio: item de vo
to ac tranſgreſſione voti: po/
ſtremo de infidelitate eiuſqꝫ ge
neribus. Que incipit. Tu con
tribulaſti capita draconum in
aqs: tu ꝯfregiſti capita dracōiſ
In tertia de officijs cuiuſqꝫ ho/
minis cuiuſcunqꝫ conditionis:
de omni arte atqꝫ vſu viuendi
vtiliſſimū ſane opus: quod etiā
de ſtatibus hominum appel/
lauit. In quo etiam de cenſu/
ris: de excommunicatione ſcꝫ
ſuſpenſione et interdicto atqꝫ
irregularitate copioſe pertra/
ctauit. Item de ſeptem eccle/
ſie ſacramentis. Que incipit:
Aſtitit regina a dextris tuis in
veſtitu deaurato circūdata va/
rietate. In quarta vō parte de
ſeptem virtutibus quatuor car
dinalibus tribus theologicis.
De gratia ſpūs ſcti in genere:
de ſeptem donis. Et ī dono pie
tatis adiecit quadraginta ſex

sermones de beata virgine maria. Incipit: Benedictionem dabit legislator ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in syon. In quinta vero hystoriam a principio orbis cōditi vsqz ad tempora sua complexus ē. Que incipit. Loquar propositiones ab initio. Alios itidem breues libellos quosdam latino: nonnullos etrusco sermone conscripsit: vt sacerdotibus minus doctis aliisqz idiotis personis consuleret. In quibus omissis argumentorū disceptationibus nudas conclusiones breuitatis causa conscripsit. In illo vero magnoopere quam quinqzpartitam summam esse diximus nihil omnino dixit quod non multis rationibus maximisqz argumentis: omniumqz etiam approbatissimorum doctorum augustini hieronymi gregorii ambrosii thome: aliorumqz testimoniis atqz auctoritate ꝯfirmatū protulerit: adeo vt nemo vnqz in tāto ope quicqz min⁹ recte minus elimate aut iprudenter prolatum redarguere potuerit In qua re illud sane multa admiratiōe dignū ē eū hoīez q p⁹ ī ordine suo in ꝯtinua ac maxima suoꝝ fratꝝ admistratiōe: deinde ī pōtificatu ī maximis negociorum ac rerum agendarum perturbationibus constitutus fuerit potuisse tot librorum volumina tam variis materiis conscripta tot doctorum ac sacrorum canunum testimoniis ⁊ auctoritate firmata conscribere. Cum igitur antonius vt paulo superius diximus iam libros suos pro suo desiderio ad cōmunem hominum vtilitatem exactos reddidisset: cū iam clerum ciuesqz suos ex mala vitiorum consuetudine ad recte viuendi normam maxima ex parte reuocasset: cū deniqz de se omnibus mortalibus optimum sanctissime vite exemplum prebuisset: placuit altissimo corona debita tantorum laborum hominez non frustrari. In ea igitur de qua nunc diximus positus egritudine: curauit pmo omnia ecclie qd oībus mādat fidelib⁹ sacramēta suscipe. Cūqz in die aplōꝝ philippi ⁊ iacobi ante crepusculū extremā vnctionē simulqz plenariā indulgētiā astātib⁹ frīb⁹ suis q semꝑ vīꝝ ī ea egritudine assidue ac frequentes magna cū charitate obseruarūt suscepisset: cūqz illi circūfusi lecto matutinum offm̄ decātarēt ꝯuenissētqz ad

laudes:tum vir sanctus in ipsa
iam mortis anxietate positus
magno conatu in feruore spiri
tus initium aliis faciens dixit:
Deus in adiutorium meum in
tende. Quod imense pietatis
signum:magna fuit gemituum
omnib⁹ astātibus ac lachryma
rum reintegratio. Cū vero quasi
ad ipsum vite terminum deue
nisset: nec iam vlla nisi pauca
admoduꝫ atqꝫ ea semi integra
verba proferret: hoc sepius ex
ore eius verbum auscultantib⁹
audiebatur: seruire deo regna/
re est: quasi iam laboris sui pre
mium paratamqꝫ ante oculos
mercedem intueretur. Aliud
hoc item verbum sepius profe
rebat. Sancta ⁊ imaculata vir/
ginitas: quibus te laudibus ef/
feram nescio. Cūqꝫ fratres qui
totum iam psalterium legerāt
eosdem psalmos reiterarent ꝑ
uenissentqꝫ ad eū versum psal/
mi vigesimi quarti qui dicit:
Oculi mei semꝑ ad dominuꝫ:
ipse eleuatis tunc oculis erectis
qꝫ ad celum manibus eundem
versum replicauit: Oculi mei
semper ad dominum: quoniā
ipse euellet d laqueo pedes me
os. Simulqꝫ ex continuo labio
rum motu ⁊ ex nonnullis per/
ceptis ex ore eius verbis intel
ligebatur illum in continua ta

citaqꝫ psalmodia detineri. Ma
ximeqꝫ eum psalmū sepius ite/
rare videbatur qui in vltimis
matutinis laudibus decantaꝛ:
Laudate dominum de celis et
reliqua: quo etiam in vita vt sui
fratres asserunt delectari plu/
rimum consueuerat. Nō nūqꝫ
etiam porrectā a fratribus bre/
uem domini crucifixi imaginē
cōplexus tāto dilectiōis deoscu
labatur affectu: vt astantes oēs
nullo pacto lachrymas conti/
nere valeremus. Sequenti igi
tur die post festum apostolorū
hoc est secunda maii: ⁊ in vigi/
lia ascensionis domini post lō/
gam anxietatem spiritus ille
sanctissim⁹ solutis corporis vin
culis ad ethereas sedes euola/
uit. Quod magnis signis veris
simisqꝫ argumētis ita fuisse cō
probatur: ex quibus nō omnia
nunc recensenda sed quedam
in laudem tantarum virtutum
pretermittēda nō sunt. Illudqꝫ
in primis quod verissima ipso
rum fratrum narratione perce
pimus. Fertur enim quidam
eiusdem ordinis frater constā/
tius nomine vir magne sancti
tatis: cum esset in ciuitate escu/
lana ⁊ vigilans oraret in eccle
sia vidisse manifeste antonium
eadem ipsa hora qua ex hac vi
ta migrauit gloriosum ad cele/

stem patriam euolasse. Atq3 il/ lud ita esse maiori confirmaret argumento vidit eadem hora alium fratrem qui etiam i alia ciuitate tunc obierat non iam ad celum sed ad purgatorias se des descendere. Quod cu3 ille aliquãdiu reticens ⁊ leticia in sueta vultusq3 hylaritate dissi/ mulare nõ posset: pulsatus pre/ cibus diu a fratribus tande3 id quod vidisset magno cum gau dio enarrauit: ⁊ de morte vtro runq3 post aliquod dies id ita esse certa rei experientia com pertum est. In ipso quoq3 exe/ quiarum die dum corpus in ec clesia sancti marci positum eẽt: accessit mulier q̃ altero latere debilitato ac stupido diu man/ cha fuerat tactoq3 sancto corpo re anteq̃3 de ecclesia recederet integritatẽ virium in toto cor pore se recepisse percepit. Sed anteq̃3 ad reliqua que volum9 signa narrare accedamus dicẽ dum est quali eum honore i ip so funere pius romanus ponti fex honestare ac gloriosum red dere voluerit: qui tum forte in ciuitate florentina aderat ⁊ ad celebrandum id concilium qd dictum appellauit mantuam p perabat. Primum igitur om/ nium statim post obitum An/ tonij funus ipsu3 diligenter ac

in delitijs ⁊ affluentia delitiaꝝ
ac hui⁹ ſeculi potētia ⁊ volupta
te tranſfigiť? Et non ſolum me-
retricem inquit eam nomino:
ſed turpiſſimā atqꝫ obſceniſſi-
mam meretricem: cuius facies
feda: ⁊ horrida aſpera amara ⁊
crudelis. Et hoc maxime eſt in
quo ſine venia hñdi ſunt: cūcti
quos decipit: ꝙ cuꝫ tam turpis
ſit vultus eius ⁊ ferus: tam bar
barus et truculentus: multi tñ
ab ea rapiunť. Et cum videant
apud eam cruenta omnia peri

culis montibus precipitijs ple
na: cūqꝫ ſtipari eam cernant ſo
dalibus peſſimis contumelijs
dico: obprobrijs dico: liuore in
uidia inſidijs criminationib⁹
⁊ pernitioſiſſimis curis: metu
iugi: tremore frequenti: ⁊ mille
alijs huiuſmodi in fauſtis con-
ſortibus velut agminuꝫ corona
circūdari fructum vero in his
nullum alium niſi vite interitū
eſſe ⁊ pernitiem: penāqꝫ perpe
tuam: expetitur tñ a plurimis
⁊ amabilis habetur atqꝫ opta-
bilis. Tāta nāqꝫ eſt eoꝝ qui de-
cipiuntur ſtoliditas: vt eos ra-
tio nulla: ab hoc intentu reuo-
cet: nec euidentia qdem indeſi
nenter pereūtiū exēpla deter-
reant. Nū ne ergo inquit ſtol-
lidiores iſtos multo qꝫ paruu-
los iudicem quos puerilis lu-
ſus: vbi aut circulus voluiť: aut
turbo verberibus agitur: ac lon
gis porticibus pro curua ſpatia
rotatur: ita intentos ⁊ inhian-
tes puerilibus animis tenet: vt
auelli inde nullatenus queant
ignorantes penitus per etatis
fragilitateꝫ: nihil vtilitatis i eo
ludo nihil perfecti operis ha-
beri? Sꝫ pro illis ſatiſfacit etas
īmatura. Iſti vo quid habebūt
excuſationis: qui in etate perfe
cta puerilem imo ⁊ puerili im
becilliorez ſententiam tenent?

An videtur vobis o socij hunc virum eloquentissimũ huiusce mundane vite imaginem pinxisse atq; imũdissime ac impurissime meretricis facie; reuelasse? Festinemus igitur ab ea diffugere: ⁊ ad sinum religiõis sanctissime pperemus. Nec si mihi creditis differendum putetis: qn si sapitis vna mecum ĩtrare qđ non dubito vos esse facturos: si que vobis nunc a me dicta sunt cũ animis vestris diligentissime cogitabitis.

Cipri. Paratꝰ vt dici solet: venisti optime thoma atq; vt ego iudico: spiritu q̃dam diuino locutus esse videris: nam ea que abs te nunc et ab vno pectore sunt expressa ita me inflammatu; reddiderunt ad huius vite cõtẽptũ vt inflãmatioꝛ eẽ nõ possim vsq; adeo vt non solum religionis duritiam: que volentibus quidem lenissima est: ve℞ etiam paratꝰ sim si opus esset: carceres: vincula: flagella: supplicia. nuditatem: famem: calũnias: irrisiões ⁊ obpꝛobꝛia sustinere: mõ possim: tandem fallacias vite pꝛesentis effugere: q̃ quidẽ vita q̃tidie foueas ⁊ pꝛecipitia parat hominibꝰ scopulisq; eos ⁊ mille naufragijs illidit. Me igit̃ sine oꝛo atq; obsecro: ne ad religiosa; vitã accedas.

Serap. Amo ⁊ ego maxime: que dixisti o thoma. Pꝛeclare quidem ⁊ beate narrasti neq; vnq̃: vt verum fatear: quẽpiam acrius atq; grauius dicentem in hanc fallacem vita; audiui. Itaq; sic sum his tuis verbis incensus ⁊ hac oꝛatione tua pꝛouocatus ad. mundi rerumq; despectum vt felicissimum me sperem futurum q̃ꝑpꝛimum de eius cenifetoꝛe ac indignitate stercoꝛis potuero liberari. Uerum quia iam sera satis hoꝛa est: ⁊ sol cepit e montibus decedere ac ppinquat occasus: surgendũ est vt intremus in vrbe;: inibi võ si vobis videtur: ad monasterium pꝛope remus.

Cipri. Mihi maxie videt̃ si ⁊ thome itide; videat̃.

Tho. Cur ego differendu; putem q vos ne differretis sum hoꝛtatꝰ. Igitur ipse pꝛecedam nunciaboq; monasterij pr̃ibꝰ. Uos seq̃mini pedetẽtim ⁊ mũdũ cũ suis illecebꝛis: ꝑpetuo iã valere sinatis vt bẽamꝰ gliam ĩvitã eternã cũ pr̃e ⁊ filio ⁊ spũ scõ. Amen

¶ Explicit serapion de ɔtẽptu mũdi fr̃is baptiste finarieñ. ad frẽm thomã vicariũ gñalẽ Cisalpinum oꝛdinis pꝛedicatoꝝ

¶ Incipit epl'a b'ti Bernardi abbatis ad parentes cuiusdam novicij dolentes quasi p̄ditū.



S I filium vestrū deus facit suum q̄d vos p̄ditis: aut ipse q̄d p̄dit: sit de divite di- tior: ḋ nobili ge nerosior: clarior de illustri: ⁊ q̄ḋ his oib' mai' ē sanct' de pecca tore. Oportet eum p̄parari re- gno q̄ḋ sibi paratū ē ab origine mūdi atq̄ hm̄oi gr̄a: modicū q̄ḋ vivere h̄z nobiscū manere donec abrasa spurcitia vite secu laris: ac terreno deterso pulvē: celesti mansioni fiat idoneus. Si diligitis eū gaudebit: vtiq̄ quia vadit ad patrē. Ipse q̄dē vadit ad deum ⁊ vos non p̄di- tis eum: q̄n potius multos p̄ eū vobis acquiritis filios. Quot- quot sumus in claravalle ⁊ de claravalle ipsum in fratrē: vos in parentes suscipimus. At for tasse metuitis corpori eius vite austeritatē: q̄ḋ nimiꝝ nostis te nerum esse ac delicatū. Ceteꝝ de huiusmodi timore dicitur: Ibi trepidaverunt timore vbi non fuit timor. Confidite ⁊ con solamini. Ego ero illi in patrē ⁊ ipse erit mihi in filium quo- usq̄ de manibus meis eripiat eum pater misericordiarum ⁊ dn̄s totius consolationis. No- lite ergo lugere neq̄ flere ga gaufredus vester festinat ad gaudium non ad luctum. Ego ero illi pater: ego mater frater ⁊ soror. Ego faciam ei prava in directa ⁊ aspera in vias planas Ego ei omnia sic temperabo et sic dispensabo: vt ⁊ spiritus pro ficiat ⁊ caro non deficiat. De- niq̄ serviet domino in leticia ⁊ exultatione ⁊ cantabit in vijs dn̄i quoniā magna est glia dn̄i in secula seculorum. Amen.

Eiusdem Bernardi ad eosdē in persona dicti novitij.

S Ola causa qua nō licet obedire parentib' suis deus est. Ipse enim di- cit: Qui amat patrem aut ma- trem plusq̄ me non est me di- gnus. Si me vere: vt boni vt pij parentes diligitis: si veram ⁊ fidelem pietatem erga filium habetis quid me patri omniū deo placere satagentem inquie tatis: ⁊ ab eius servitio cui ser- vire regnare est retrahere at- tentatis? Vere nunc cognosco: q̄ inimici hois domestici eius In h̄ vobis obedire nō debeo. In h̄ vos nō agnosco parentes sed hostes. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ quia vado ad

patrē meū atq; vestrū: imo vniuersoꝝ patrē. Alioquin qd mihi ꝛ vobis? Quid a vobis habeo nisi peccatū ꝛ miseriā. Hoc soluz qđ gesto corruptibile corpus de vestro me habere fateor ꝛ agnosco. Nō sufficit vobis ꝙ in hāc seculi miseriaz miseri miseꝝ induxistis: qđ in peccato vestro peccatores peccatorē genuistis: qđ et ī peccato natū de peccato nutristis: nisi etiam inuidēdo mihi misericordiam quā ꝯsecutus sum ab eo qui nō vult mortē peccatoris: filiū infsup gehēne faciatis. O durum patrē: o scenā matrē: o parētes crudeles ꝛ impios: imo nō parētes sed pemptores: quoꝝ dolor salus pignoris: quoꝝ ꝯsolatio mors filij ē: qui me malunt pire cū eis ꝙ̄ regnare cuz scīs: qui me rursus ad naufragium vnde tandem nudus euasi: rursus ad ignē vnde vix semiustus exiui: rursus ad latrones a qb⁹ semiuiuus relictus sum: sed miserāte samaritano iā aliquantulū conualui reuocare conanť ꝛ militē xpi ppe iā rapto celo triumphātē quod nō in me glorior: sed in eo qui vicit mūdum ꝛ ab ipo introitu glorie tanꝙ̄ canē ad vomitū: tanꝙ̄ suem ad lutū ad seculū reducere moliunť. Mira abusio domus ardet: et

ignis instat a tergo ꝛ fugiēti ꝓhibeť egredi: euadēti suadetur regredi: ꝛ hoc ab his qui in incēdio positi sunt ꝛ obstinatissima demētia ꝛ demētissima obstinatiōe fugere piculū nolunt. Prohdolor si vos cōtemnitis mortē vestrā: cur meaz etiā appetitis. Si itaq; negligitis salutē vestrā: quid iuuat etiā ꝓsequi meaz? Quare vos nō poti⁹ sequimini me fugientem vt nō ardeatis? An hoc potius ē leuamē vestri cruciatus si me etiaz pmittatis ꝛ solū timetis ne soli pereatis. Ardēs ardētibus qđ solatium ꝓstare poterit. Quod itaq; solatiū dānatis: socios habere sue damnatiōis? Quid ve remediū morientibus alios videre moriētes? Non hoc mihi ꝓsuadet diues ille q in tormentis desperatus de sui liberatione rogabat nunciari fratribus suis: ne ꝛ ipsi venirēt in eundez locū tormētoꝝ timens ꝓculdubio ex suoꝝ cruciatu augeri suum. Quid ergo: ibo ꝛ ꝯsolabor matrē meā lugentē mei ad tēpus visitatione: vt in eternū lugeam ꝛ ipe sine ꝯsolatiōe. Ibo itaq; ꝛ satisfaciā patri meo irascēti ꝓ mei ad tēpus absentia vt postmodū quisq; ꝛ vterq; ꝓ alterutro incōsolabili desolemur tristitia: an potius exēplo apli

non acquiescēs carni ⁊ sangui/
ni audiam vocem dn̄i iubētis:
dimitte mortuos sepelire mor
tuos suos: ⁊ cantabo cū dauid:
renuit consolari anima mea: et
cum hieremia: Diem hominis
non concupiui tu scis dn̄e. Fu
nes ceciderūt mihi in p̄clarīs:
⁊ celestis hereditas p̄clara est
mihi ⁊ terrena adulaẗ pmissio:
blandiẗ consolatio carnis: gu/
stato spiritu necesse ē desipere
carnē. Affectati celestia terre/
na nō sapiunt: eternis inhianti
fastidio sunt transitoria. Desini
te ergo parētes mei ⁊ vos fru/
stra rursus desinite plorādo af
fligere: ⁊ me gratis inqetare:
ne si adieceritis nuncios vltra
mittere p me: plus me elōgare
cogatis. Si aūt dimittatis cla/
rauallē in ppetuū nō dimittam
Hec requies mea in seculū se/
culi: hic habitabo qm̄ elegi eā.
Ibiq3 p meis ac vestris pecca/
tis iugiter orans: ibi precibus
assiduis quod ⁊ vos cupitis i/
petrobo si potero: vt q de mei
amore hoc modico tpe ab inui
cem separamur in alio seculo si
mul felici ⁊ inseparabili societa
te in eius amore viuamus: q vi
uit ⁊ regnat p omnia secula se/
culorum.

Pulchrum opuscum
explicit feliciter.

¶ Beatus Bernardus super
illud verbū petri: Bonū ē nos
hic esse ⁊c̄. Qd̄ habeẗ Mathei
xvij. capitulo.


Onū est nos hic
esse: videlicet in
claustro religio/
nis. Quare? quia
homo viuit puri
us: cadit rarius: resurgit veloci
us: incedit cautius: qescit secu/
rius: irroratur frequētius: pur
gatur citius: moritur confiden
tius ⁊ premiatur copiosius.

¶ Idem comparans seculum
religioni sic ait:

¶ In monasterio ē vita ꝯtem
platiua: i sclo est vita laboriosa
In monasterio ē vita scā: in se/
culo ē vita criminosa: In mona
sterio ē vita sp̄ualis: in seculo ē
vita carnalis. In monasterio ē
vita celestis: in seculo ē vita ter
restris. In monasterio est vita
quieta: in seculo ē vita turbulē
ta. In monasterio ē vita trāql/
la: in seculo ē vita ꝯtentiosa. In
monasterio est vita pacifica: in
seculo ē vita iurgijs plena. In
monasterio ē vita casta: in secu
lo ē vita luxuriosa. In monaste
rio ē vita pfecta: in seculo est vi
ta vitiosa. In monasterio est vi
ta plena virtutibus: in seculo ē
vita plena vitijs. In monaste/
rio ē vita sanctitatis: in seculo ē

via iniquitatis. Audisti frater charissime bona que sunt i monasterio: audisti mala que sunt in seculo. Audisti virtutes monasterij: audisti vitia seculi. Audisti salutem monasterij: audisti perditionem seculi. Audisti vitam: audisti mortem. Nunc ecce in conspectu tuo bonum et malum. Ecce ante oculos tuos perditionem et salutez. Ecce ante te vitam et morte. Ecce ignis et aqua: extende manum tuam et elige quod vis. Ecce via paradisi: ecce via iferni. Ecce via que ducit ad vitam: et ecce via que ducit ad mortem. Ergo ambula per quam volueris. Hoc solum rogo: vt eligas meliorem.

Jtem beatus Bernardus.

Si cecus claudus datus est languere. Quid inde?
Si deformis inops despectus haberis. Quid inde?
Si leuis es generc deiectus honore. Quid inde?
Si labor infestat dolor angustatue. Quid inde?
Jurgia si pateris quis te premit ecce. Quid inde:
Mors est in medio que te cito liberat. Jnde.
Si patiens fueris semper letaberis. Jnde.
Si tibi pulchra domus si splendida mensa. Quid inde?
Auri si species argenti vasa. Quid inde?
Si tibi sponsa decens si sit generosa. Quid inde?
Si tibi sunt liberi si predia multa. Quid inde?
Si fueris fortis si pulcher diuesue. Quid inde?
Si longus seruorum seruiat ordo. Quid inde?
Si doceas alios in qualibet arte. Quid inde.
Si plaudat mundus si prospera cuncta. Quid inde?
Si prior aut abbas si rex si papa. Quid inde?
Si rota fortune te tollat ad astra. Quid inde.
Que sunt sub celo si sunt tua cuncta. Quid inde?
Annis si felix regnaueris mille. Quid inde?
Tam cito pretereunt hec omnia quod nihil Jnde.
Sola manet virtus qua glorificamur. Jnde.
Ergo deo serui quia sat tibi veniet Jnde.

Grata domus genitor fratres natiqꝫ sodales.
Et quondam preciosa mihi terrena valete.
Sat me pestifera mundus dulcedine lusit.
Sat tenuit me falsus amor discedo solutus.
His laqueis secura iuuat iam claustra subire.
Nudus ab hoc pelago fugiens ad littus amenum.
Te bone christe sequor solus mihi sufficis vnus.

Finis.

¶ Incipit epistola fris huberti gnti magistri ordinis fratrũ predicatoꝝ quã scripsit de tribus votis substantialibus religiosoꝝ ⁊ quibusdam virtutibꝰ ⁊ per totum ordinem ad ꝓuincias singulas eam misit.

Salus ⁊ exordiũ eplẽ. Cap̃.j.



Filijs gratie coheredibus glorie fratribus carissimis religiosis vniuersis vitam ducere deo gratã sibi fructuosam: angelis iocundam: demonibus terribilem: hominibꝰ exemplarem. Nulla sunt oĩno reputanda dil ctissimi que diuine laudi non militãt ⁊ honori. Inde est ꝙ officij necessitate ac fraterna charitate compellimur vestris auribus nunc scribendo nunc monẽdo sepius inculcare que vos bona facere et mala doceant declinare. Sꝫ cũ pateat ꝙ ħm affectiuã ⁊ intellectiuam vires geminas sit ⁊ aĩe ꝑfectio bipartita: virtus videlꝫ ⁊ scientia: decet his nimiꝝ viꝝ euangelium adornari: vt ꝑ primum in bonum ⁊ per reliquũ dirigatur in verum: ꝑ primum ardeat: per scđm luceat. Per ꝑmũ potens sit in opere: per reliquum in sermone illius exẽplo qui cepit facere ⁊ docẽ. Deniqꝫ p̃ntem eplãm dignum duximꝰ charitati vestre transmittere q̃ vos moueat ⁊ doceat ad regularis obseruantiam discipline. Igitur ab obedientia q̃ vnũ de substãtialibus religiosorũ nr̃m principium inchoamus ad laudem ⁊ gliã illius qui origo est omnium bonorum atqꝫ finis.

Exhortatio ad obediẽtiã. Ca.ij.

Diligenti studio fratres carissimi satagamus virtutũ officijs insistere: qbus christo conformemur ⁊ ad ꝑfectionis semitã informemur atqꝫ per gliam reformemur. Et quis ambigat obedientiam talem esse? Hanc etenim saluator noster intãtũ amplecti͛: ꝙ vsqꝫ ad mortem patri obediens fuit crucis supplicio cõdẽna͛. Per hanc multaꝝ gentium pr̃ abraã

terram ⁊ cognationē suā egre
ditur ⁊ vsq; ad imolationem fi
lij: quem habuit carissimum in
clinatur. Per hanc iosue terrā
promissionis inuasit et hostes
gladio strauit. Monemus igit
⁊ hortamur in domino vt obe-
diētie bonum eo seruemus sol-
licitius quanto sine illo regula
ribus non ē salus. Sciētes cer-
tissime q; est accepta mltū apd
omnipotentem deum obedien
tia qua pro christo nobilissimū
qd est in anima captiuat: liber-
tas videlicet voluntatis. Qua-
re dignum est ⁊ iustū vt quāto
quis artius per obediētiā nūc
astringitur tanto postmodum
in celestibus gloriosius eleuet.
Hoc ipsum certe exemplū no-
bis innuit vbi frater cui quatu-
or ordines ostensi sunt: eū qui
seruauit obediētiā sūmū vidit.

¶ Detestatio obediētie. Ca. iij.

Sed in contrarium valde
detestabilis agnoscit eē
inobedientia. Nam ido
latrie sceleri comparat p hanc
vel spirituale furtum cōmittit
vel rapina. Nam si occulte con
trariamur obedientie: furtū est
si manifeste rapina: qr i vtraq;
rem alienam inuito dn̄o con-
tractamus. Uoluntatem enim
quā pro christo relinquimus:
cōtra iusticiam vsurpam⁹. Nō
igitur imerito pater nr̄ adam
imortalitate ⁊ innocentia spo-
liatur ppter inobedientiam: ac
de paradisi amenitate eiectus
in vallem miserie relegatur p
quod criminis huius enormi-
tas declaratur.

¶ De his qui vitiant obedi
entiam. Capitulum quartū.

Sicut sunt multa que red
dunt obedientiā comē
dabilē sic sunt plurima
q̄ ipsam faciūt vitiosam. Sūt. n.
nōnulli qui vt citius absoluant
male exequunt iniuncta sibi of
ficia. In alijs v̄o inuenit extor-
ta licentia. Alij licentiā accipe
non curant. Alij ɔtra negatam
licentiam sibi id qd placet facē
non formidant. Alij iubenti p-
lato ɔtradicunt ⁊ tamen faciūt
Alij deuotā qdem obedientiā
suscipiunt sed executionē negli
gunt. Alij ne mandatū ad eos
veniat se abscondūt. Alij quod
peius est tales se exhibent vt p
latus nil eis audeat iniungere
aut mādare. Alij dicūt se nesci-
re vel nō posse qd mandat men
dacium quodāmodo ɔiungen-
tes inobeditie cū eos ignoran-
tia vel impotētia nō impediat
sed voluntas. Quidam v̄o no-
lunt ea que iniungunt facere ti
mentes ne ab ipsis talia ex con
suetudine requirāt. Alij pficiūt

sed cum murmure vel nō volū tarie sed coacte. Alij pficiunt q dem obedientiam sed triste vl etiam minus tarde. Sunt ꝛ q/ dam qui qḋ volunt obtinēt mi/ nis vel precibꝰ importunis. Et si quandoqꝫ negaẜ eis licentia domum cōmouent ꝛ seipsos cō turbāt: hi omnes si bene aduer terent vere in suis conscientijs de predictis se grauiter accusa rent. Sed heu sunt nōnulli qui culicem colāt ꝛ camelū deglu/ tiunt: quia statum hūc piculosū minime recognoscunt. Tales si amatores puri cordis eēnt nō tam malū actum: q̄ꝫ malū statuꝫ corrigere laborarent.

¶ Qualˀ dꝫ eē obediētia. Ca. v.

Ut aūt obediētia nr̄a oī potenti deo sit accepta bilis studete hr̄e pmptā sine delatiōe deuotā sine dedi/ gnatiōe. Uoluntariā sine cōtra dictiōe simplicē sine discussiōe ordinatā sine deuotiōe iocūdā sine turbatiōe sternuā sine pu/ sillanimitate: vniuersalē sine ex ceptiōe pseuerātē sin̄ cessatione

¶ Qr obediētia debet esse pm pta. Capitulum sextum.

Bonus itaqꝫ frater adeo sit paratus ꝛ nō turbatꝰ vt inueniaẜ ad obediētiā semp pmptus. Quapropter di lectissimi sitis sicut auꝝ ductile ꝛ quasi virga flexibilis que re/ ctificaẜ ad libitum artificis vel curuatur. Sitis vt rote volubi les que ſm impetū spiritꝰ mo/ uentur. Sicis vt iumentū apḋ deum cuius dorso oīa indiffe/ renter ponūtur. Certe sillaba i differens multū est grata versi ficatoribus: qꝛ poni poterit i oī loco. Sic ꝛ promptus frater ad obedientiā deo gratus est ꝛ ho minibus: quia nihil resþuit in/ iūctoꝝ. Legistis charissimi qa stelle vocate dixerūt assumus. Per qḋ apte daẜ intelligi q̄ꝫ cō iuncta debeāt esse vox iubentis ꝛ opatio obsequētis. Talis ille bonus monachus extitit q vo/ catus impfecta littera dimissa quā ceperat. statim venit. Sed qdā econtrario velut quadrati lapides ad obedientiā vix mo/ uentur: de quibus ait sapiens: Qui transfert lapides affligeẜ in eis. Cum enim prelatus po/ nere quosdam ad obediētie bo num nititur: per contradictio/ nem rebelliū fatigatur. Ad obe dientie auteꝫ promptitudinem animemini per exempluꝫ. Nā cū imperamus manui: nulla di latione differẜ executio. Iniun gitur nobis aliquid ꝛ inobedi/ entes erimus p̄latis nr̄is? Pu dor est q̄ iterdū serui nr̄i cōdu cti pro paruo p̄cio pmptiores

sunt ad peragendum grauia q̄3 nos simus prelatis nostris pro gloria sempiterna.

¶ Qr obedientia debet esse deuota. Capitulū septimum.

Sit post hec deuota obedientia nostra fratres. Ea nāq3 deuotiōe suscipiendum est qd iniungit ac si dominus precepisset. Non enim homini sed in hoīe deo certissime obedimus. Dubiū nāq3 nō est qn deo acceptū offeratis sacrificium: dū ꝑpter ipsum aliene vos subijcitis voluntati. Utinam fratres simus cū christo ꝑ obediētiā crucifixi: vt sicut ille clauis mēbra habuit ligata: sic mandatis superioꝝ nostroru3 mēbra nostra omnia sint captiuata scientes certissime ꝙ tāto liberiores apud deum erimus quāto nūc pro illo deuoti9 nos artam9. Deniq3 virtus hec nō sine causa victimis antefertur quia hic mactatur in holocaustum voluntas ꝑpria: sed ibi tm̄ modo caro aliena. In ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ orationibus possūt equari nobis seculares: quos ī abdicatiōe proprie voluntatis ⁊ obedientia precedim9: eosdē iudicaturi cum christo in extremo examine precedemus. Uñ summope cauendū est ne ī his duob9 ēt ī minimo claudicem9.

¶ Qr obedientia debet esse voluntaria. Caplm̄ octauum.

Volūtaria quoq3 sit obedientia que non virga vel calcari indigeat: s3 moueat sibillo dulciori. Multū est laudabilis obediētia que ꝑceptum seruat: laudabilior que cōsilijs ⁊ amonitionibus obtēperat: sed omni laude dignissima que precipientis animo se conformat. Sed sunt nōnulli q potius a maiorib9 suis audire volunt placita q̄3 vt placeant facere audita: qui prelatu3 sibi nō se illi cupiunt obedire vel audire. Isti non magistrum gentiū dicentem: dn̄e quid me vis facere: s3 cecum cui dixit domin9 quid vis vt faciam tibi: satagūt imitari. Patet ergo eē fratres nostri duplicem obedientiam: vnam qdem charitatis ⁊ alia3 necessitatis. Illa preceptum respicit: ista consilijs ⁊ amonitionibus acquiescit. Illa necessitate quadam artatur: hec charitatis amplitudine dilatatur. Illa per coactionem est seruorum: hec per libertatem spiritus est filioꝝ. Et istam vtriq3 tanto magis acceptam quāto minus debitam esse constat.

¶ Qr obediētia debet esse simplex. Capitulum nonum.

Tam simplex obedientia vestra sit fratres vt iniuncta sine discussione faciētes: iudicetis de vestro nec in minimo hēre vos. Nā qsqs itentōez pcipientis iudicat bellū intrīsecus sibi parat Per hoc enim qꝫ causas mādatorꝫ qs ignorat discutit: in laberintū erroneū se ponit. Certe per hoc obediētie bonū minus purū reddit: cū qs platuꝫ irrationabilia iubere psumptiōis oculo intuet. Uerūtn̄ ⁊si platus interdū minus vtilia nostro iudicio videt iubere: vos id ad inobediētiam nō debet mouere. Nā ⁊si ille errauerit in iubendo: nequaqꝫ vos deuiabitis seniorꝫ mādatū: nihil cōtra deuꝫ qd pcipiat exequēdo. Si enim ea que p obedientiā facitis nō sunt interdum vtilia monasteriis: semp tn̄ vtilia erunt vobis Quid enim pfuit qꝫ quidaꝫ patrū virgā aridā lōgo tpe iussus rigauit: nisi qꝫ in terra conuale scēs virtutē obediētie: ⁊ obedientis meritum demonstrauit. Obediētie fastigiū in hoc ē: vt quasi stultū se quis faciat i hoc mūdo: nihil. s. discernēs: nihil iudicās ex his que fuerint imperata: sed omni simplicitate ⁊ fidelillud vtile: illud sapiēs est iudicās qd sibi lex dei vel ex ore superioris indixerit. Et vere si p hūc moduꝫ euacuati fuerimus spū pprio: replebimur nō imerito: tūc diuino. Attēdite qꝫ in tantuꝫ oīs creatura suo obedit sine discussiōe creatori: vt de illa faciat qcqd sue placuerit maiestati. Per qd manifeste istruimur vt simplicit iussa faciētes nequaqꝫ supiorib⁹ nostris p iobediētiā reluctemur.

¶ Qr obedientia debet eē ordinata. Capitulū. x.

Oportet nihilomin⁹ obediētiā eē ordinatā: ne si ordo ei⁹ puertit obediētie quoqꝫ opus p consequēs deprauet. Unde ꝯsiderādū ē qꝫ sicut ratio nostra debet eē subdita creatori: sic volūtas obediat ratiōi: atqꝫ sensualitas volūtati Nā qn̄ recalcitrat volūtati sensualitas vel ratiōi volūtas: vel creatori ratio: debite subiectionis in aīa periit ordo. Et tunc dei iudicio nobis ab inferiori nostro resistitur cū a nobis nostris superioribus nō paretur. Ordo quippe obedientie: considerata prelatorꝫ differentia tenendus est: vt maiores minoribus in huiusmodi pferamur Duobus enim prelatis contraria precipientibus acquiescendum modis omnib⁹ est maiori Unde cum deus prelatis supre

mus sit contēnenda sunt pro/
sus mādata hominum: qñcūq3
precipit cōtra deum. Oportet
enim ait petrus deo magis q̄
hominibus obedire. Patet igi
tur q nunq̄ sunt mala propter
obedientiā ꝑpetrāda: l3 ꝑpter
eandē interdū bona sint ratio/
nabiliter omittenda. Scimus
etenim contemplatiua3 vitam
actiuam in multis ꝑcellere. Et
tamen cum ab illa subditus ad
istam trahitur: quod propter
mandatu3 negligit virtute obe
dientie in meritorum cumulo
compensatur.

¶ Qr obedientia debet esse iocunda. Capitulum. xj.

Post hec sciēdu3 ē q ne
quaq̄ ex tristicia: aut
necessitate fit: qd iniun
gitur faciendū. Jocūda etenim
obedientia ꝓlatū ip̄m iubente3
letificat: obedientie onus alle/
uiat: securitatē quoq3 ꝯscientie
ꝓstat. Sis qs aūt mest⁹ obtēpat
cum simone cyrineo i angaria
crucē portat. Curr⁹ nō vnct⁹ sb
onere murmurat. Et sic is qui
cū tristicia obedientiā exequit
carere vnctione spūs sācti se de
clarat. At vo gaudens cum an
drea crucē suscipit: qsqs onus
qd imponitur: nec corde renu/
it: nec signo quolibet cōtradi/
cit. Sunt aūt quidam qui ex de
siderio faciunt etiam laboriosa
dūmodo sint placita. Alij cum
grauitate suscipiunt leuia: quia
iussa. Jstud fieri persuasione di
aboli certum est: vt hoc nobis
graue faciat: in quo maius me
ritum esse cōstat: ⁊ aliud nobis
offerre satagit gaudiosum: qd
saluti nostre minus ꝯspicit fru
ctuosum.

¶ Qr obedientia debet esse strenua. Capitulum. xij.

Non tm̄ leuia sed ardua
propter obediētiā sunt
agenda. Est enim obedi
entia preciosa cum obtempera
tur in placidis: non quia placi
ta: sed quia iniuncta. Preciosi/
or vo super aurum ⁊ tapazion
cum obeditur in contrarijs: in
quibus sensualitas interdu3 re
murmuret: erit tamē ratio sem
per prompta exemplo christi:
qui q̄uis calice3 passionis a se
transferri peteret: voluntatem
tamen suā patris subiecerat vo
luntati. Jn obedientia multu3
valet fratres mei ad merendi
efficaciam: difficultas operis
cū promptitudine voluntatis.
Quando per claustralem vita3
religioni iungimur: mūdo mo
rimur: ⁊ actibus quodāmodo
sepelimur. Quare nrās p obe/
dientiam voluntates continue
mortificemus: vt illi qui p obe/

dientiam sanguinem suum fu/
dit semp̄ viuere valeam⁹. Nō
igitur ad iussum senioris respō
dere presumamus: nō possum⁹
aut nescimus: cum patres no/
stros aggressos propter obedi
entie bonum etiam importa/
bilia s̄m humanū iudicium co
gnoscamus. Uires enim deus
omnipotēs administrabit cor/
pori: vbi voluntas seruiens ad
id quod iniungitur adest men
ti. Unde quidam sanctorum pa/
trum mandato senioris obtem
perans supra spem: virtute di/
uina non propria saxum mouit
Ex his colligē poteritis q̄ obe
dientie discretio ē vt sit aliqua
liter indiscreta: vt ea pro bono
quis aggrediatur obedientie:
que aliquando vident̄ s̄m mū
di sapientiam carere ratione.
Hinc est q̄ vir obediens loque
tur victorias: quia voluntas q̄
se inclinat naturaliter ad p̄spe
ra per coactionem obedientie
curruat etiam in aduersis ne/
cesse est.

Qr obedientia debet esse
vniuersalis. Capitu. xiij.

Nec semel tm̄ debet quis/
q3 qd iubetur facere: s3
semper in omnib⁹ obe/
dire. Sed dicunt in corde suo
desides, ⁊ rebelles: videmus q̄
hij qui ad obediētiam sunt, dif
ficiles ab omnibus sunt liberi:
et ab officijs sunt securi. Ipsis
enim vbiq3 defertur ⁊ parcitur
cum alij qui se ad omnia para/
tos exhibent: nunc officijs: nūc
laboribus incessabiliter onerā
tur. Quis igitur posset inqui/
unt omnia que iubentur custo/
dire? Sane si oculū cordis ape
rimus: aperte considerare pos
sumus q̄ illis pro eo q̄ par/
citur condolendum est: ⁊ istis
q̄ eis non parcitur congauden
dum est. Qd enim interdum
parcitur rebellib⁹: suo vitio de
putent non virtuti. Fit namq3
istud ne peior scissura fiat: ne
concutiatur calamus conquas/
satus. Sic deus nō precipit da
re libellum repudij: sed permi
sit. Exultent autē iusti qui one
ribus pregrauantur: quia dum
multiplicantur super eos one/
ra: multiplicatur ⁊ materia me
ritorum: ⁊ per consequens gau
dium premiorum. Otium in
super eis tollitur: peccatorum
pena minuitur: tentationis oc
casio remouetur. Sciendum
autem q̄ licz omnes homines
obedientia stringantur aliqua
li: hic tamen propter votum re
gulares sunt amplius obligati.
Nā prīfamilias obediēdū ē in
bona sue dom⁹ ordinatōe: regi
bus in rei publice gubernatio/

ne plebanis diuinorum preceptorum expositione: et sacramentorum administratione: platis ordinum in disciplinae obseruatione: summo plato deo in declinatione vitiorum et custodia mandatorum. Uos igitur fratres ad obedientiam spaliter vos ligastis: nec quicquam excepistis. Exemplum psalmiste sequimini dicentis: Ad oia mandata tua dirigebar. A memoria quoque vestra non decidat: quod qui in vno precepto seniorum offendit precedentes obseruantias oes perdit.

De obedientia debet esse perseuerans. Capitulum. xiiij.

Uestra deniqz obedientia sit pseuerans. Cum enim professione facitis vsqz ad mortem vos obedituros in posterum obligatis. Quia igitur exitus et non principium acta probat felici iocunditate ppetuo coronandus vsqz in finem obedientiam non relinquens. Cui igitur placet: vt sibi veritas promissa soluat: ipse quoqz quod promisit finaliter non omittat. Qui enim secundum xpi sententiam pseuerauerit vsqz in finem hic saluus erit certissime.

De abdicatione proprietatis. Capitulum. xv.

Ad aliam obseruationem regularem manum mittamus: vt qualiter sine proprio viuere debeamus doceamur. Igitur ex primitiue ecclesie pfectione discere poteritis: quod habere cuncta comunia debeatis. Creature id nobis indicant in comunicando bonum quod habent: et inuicem sese donant. Mutuo quoqz sibi seruiunt membra corporis: comunitatem rerum indicantia pro hoc nobis.

Quedam monetia ad abdicationem proprietatis. Capitulum. xvj.

Abdicationem rerum xpus nos de suo exemplo docuit. Beatus dominicus nobis moriens hoc legauit. Scriptura quoqz sacra idem figuris multiplicibus demonstrauit. Nam crucifigendus xps: vestibus suis spoliatur: per quod nobis quam nudi rerum omnium proprietate nos esse conueniat declaratur. Ipse quoqz non habuit sicut asserunt vbi caput reclinaret. Sanctus etiam dominicus legauit nobis migrans ad deum humilitatem: charitatem: et voluntariam paupertatem. Idipsum exemplo suo tradidit idem pater qui pauper erat pecunia: sed diues vita pura. Deniqz legitur quod mulieris amicte sole pedibus luna supponitur per quod esse calcanda nobis oia mutabilia demonstratur.

Quod ipsa multipliciter vitiatur. Ca. xvij.

Sed heu sunt aliqua que bonum paupertatis viciant nunc possidendi deside

rijs:nūc verbis inordinate ꝓla
tis:nūc etiam factis in virtutis
huius p̃iudiciū demonstratis.
Nōnulli sunt etiā qui ad ea q̄ ꝓ
fitēdo ꝯtēpserāt appetitibꝰ ac/
censi anhelāt: obliti ꝙ apud pō
deratorē spirituum ip̄a ꝑuersa
volūtas: priusq̄ȝ ad actum ꝓce/
dat ꝯdēnet. Ecōtra quidam pa
trū: qꝛ rape cucumerē concupi
uit: in sole acriter se afflixit: vt
vexatio talis intellectū sibi tri/
bueret: ac si malū in se desideri
um puniret. Hi v̄o q̄ diuitias
quas foris habere nō poterant
nūc affectant: si v̄o xp̄i discipuli
eēnt ꝑ angustā portā que ducit
ad vitā exonerati ab omni ipe
dimēto intrare solicite labora/
rēt. Inuenimus etiā interdum
quosdā i quibusdā rebus adeo
delectari: vt nec ad cōcedendū
ea fratri petēti velint aliquate/
nus iclinari. Alij quaternos vł
res alias initūtur a fratruȝ cō
spectu abscōdere: ne possint pe
tētibus nō negare: qbꝰ ꝯtēnen/
da eēnt illa transitoria: ⁊ frater
ne charitati oīa postponenda.
Pudet aūt dicere ꝙ nō nunq̄ȝ
vilissimis rebus sic accendunt:
vt siq̄s vel digito: ex his q̄cq̄ȝ
attrectare p̄sumpserit taȝ indi/
gnatiōe cordis ꝯtra ip̄ȝ q̄ȝ ver
boꝝ insolentia moueant. Inue
niunt ⁊ alij qui sic dicunt: Nisi
mihi detur hoc vel illud habē
di vel recipiēdi licētia: nequa/
q̄ȝ domū de cetero in talibus ꝓ
mouebo. Sūt ⁊ alij qui tales se
exhibēt vt prelatus ex his que
habēt auferre nō audeat: vel vt
ad tēpus ꝯcedāt iniūgere nō p̄
sumat. Et si abstulerit q̄cq̄ȝ tali/
um turbatiōes in domo conci/
tāt ⁊ tumultus. Sed qꝛ ꝑ talem
indignationē in p̄dictis rebus
aliquale vis sibi vēdicāt: ꝓprie
tarios quodāmodo se demon/
strāt. Pro his nequaq̄ȝ turbati
onem sibi assumerēt: nisi res il
las ꝓ quibus mouent ad se ꝑti/
nere aliqualiter iudicarēt. Sūt
⁊ nōnulli qui denarios sine li/
cētia: nec accipiūt: nec expēdūt
⁊ tn̄ qꝛ licētiā sibi denegari nul
la rōne volūt: apud deū excusa
biles nō existūt. Alij dum dare
vel acciꝑe quoq̄ȝ desiderant in
sidiose p̄lati sui absentiaȝ expe/
ctāt: vt a minore p̄lato licentiā
obtinere valeāt quā negādaȝ a
maiore credunt ꝓbabiliter aut
formidāt. Isti q̄dē apud hoīes
forinsecus se excusare poterunt
sed apud deuȝ cui omne cor pa
tet ⁊ omnis voluntas loquitur
perfectionis semitam derelin/
quunt. Quidam etiam cōmesti
bilia vł potabilia sibi missa: vel
soli contentantur habere: vel il
iis quibus placet tātūmodo di

stribuere nec fratres alios s[ecundu]m dispensationem eorum quorum interest participes volunt esse. Sunt et alij quibus auctoritas est tradita: qui monasterij res indignis conferunt aut incaute perire sinunt: aut superflue res expendunt: qui nonnunq[uam] circa curam propriam reperiuntur satis prodigi: sed quo ad alios satis auari: hi si certe aduererent q[uod] elemosyne sunt pauperum quibus viuunt eas cum magna timoris reuerentia et prouidentia equaliter dispensarent.

Qualiter debent esse amatores paupertatis. Capitulum. xviij.

Veri autem amatores paupertatis sine licentia nil accipiant nec dent vel habeant neq[ue] mutuent neq[ue] furentur: Quis enim nobis necessaria hababere liceat in communi: nullus tamen quicq[uam] habeat in speciali. Ecce pater noster augustinus tante paupertatis extitit q[uod] testamentum nec moriens fecit vllum. Et sicut propriu[m] non licet habere claustrali: sic et operari studeat in communi. Sciendu[m] est autem q[uod] religiosis postponenda sunt queda[m] actu pariter et affectu vt proprietas rerum qua se priuauerunt queda[m] affectu sed non actu vt interdu[m] est per actiuam vita[m] dispensatio temporaliu[m] queda[m] actu sed non affectu sicut pro bono obedientie q[uan]q[uam] intermittitur [con]templatio supnorum. Sed heu videmus multos bonu[m] [pro]prietatis appetere: nolunt tamen ipsam cum defectu seu penuria sustinere Apud om[n]ipotente[m] vo deum tunc pauptas preciosa redditur: cum eam voluntas deuota cum difficultatis molestia comitatur. Sane ad retinendu[m] nuditatis virtutem ita vosmetipsos ab omni proprietate reddatis extraneos: vt tanq[uam] peregrinos et nihil habe[n]tes pijs monasterij largitionibus vos noueritis vestiendos deinceps et allendos. Ex premissis igitur coligite vt possidendo[rum] in vita presenti nec quisq[uam] inordinate concupiscatis nec inhoneste acquiratis nec sine licentia quicq[uam] recipiatis vel detis nec preter voluntatem prelati aliquid teneatis nec licentiam extorqueatis nec contra fraternam charitate[m] quicq[uam] teneatis nec inutiliter expendatis.

De multiplici nocumento proprietatis. Caplm. xix

Ostendunt proprietarij se vacuos dei gratia esse qui contra professionem suam possidere satagunt aliena

Mala est cõpensatio que bursam ditat: animam deo priuat. Inquantum ei religiosus archam onerat rerum proprietate: tantum grauat conscientiam puritatis egestate. In dialogorum libro legimus quendã religiosum paucos denarios abscondisse cuius sepultura extra cymiterium quidem facta maledictioné pro benedictiõe meruit sic habere. Peccunia tua tecum sit in pditione positis denarijs apud ipsum. Tales si decedunt impenitentes peiores sunt in iferno: qui moriéte christo restituit aliena. Isti pro re transitoria preciosum obligant quia pro talibus animã suam damnant ⁊ se gaudijs celi priuant. Unde frater qui se et sua christum secuturus reliquit de his se vitiose postmodũ intromittit. Iste talis insipientem se ostendit: qui molam asinariam de collo amotam resumit: ⁊ in spinas quas euaserat se pariter ac luto quo sucrabtus fuerat se submergit. Iste velut canis ad vomitum reuertitur ⁊ retro aspiciens mittendo manũ ad aratrum perficit curuum saltũ. Talis namq̃ si vxorem loth in statuam salis conuersam attenderet: ad ea respicere que reliquit minime festinaret. Asinus est sapiens qui diuitias asino congregat: sꝫ de ppria iopia nihil curat: Huic similis est qui contro professionem suam res sibi colligit: sed per defectum spiritualium fame perijt. Per hoc quoq̃ q̄ sua preciosiora seipso estimat gradum ⁊ ordinem diligendoꝝ aut negligit aut ignorat. Cum iste sit mundo mortuus: fame mori formidat. Cum de cõpedibꝰ sit solutus iterato se illaq̄at. Cũ sit i naui aquã haurit vt se mergat. cũ sic in orto spargit ne fructꝰ sibi gratie crescat. Bene talis dici potest ydolatra quia fiduciam habet in peccunia: que in illo solum qui iuuare potest est habenda. O q̃ iniuste res hic ponderat: qui postponendo pro paucis denarijs christũ putat. Immo talis interdum flagitium inde superat: quia his non nunq̃ vno solido se damnat. Ille autem venditurus dominũ triginta argẽteos cũ estimabat. Nature hic ordinem peruertit quia terrã super omnia diligit: quã inter elementa rerum creator infimam ordinauit. Tu itaq̃ frater si currere ad celum vis expedite: satage vt nequaq̃ prementes sarcinas amplectaris.

¶ De vtilitate pauper/
tatis. Capitulū vigesimū.

S Ufficiat aūt vobis fra
tres carissimi pauper
tas: ꝛ abhōinet aīa no
stra transitorias substantias: qꝛ
christo vobiscum manente di/
uites nimis eritis: nihil tēpo/
ralium hn̄tes. Et sine illo pau/
peres eritis ꝛ egeni: cunctas ēt
diuitias mūdi obtinentes. Ille
autem sit vester thesaurus: qui
solus anime desideria replere
potest: ꝛ sine illo est oīs crea/
tura vacua. Quare si ꝓpter pau
pertatē esuritis ꝛ sititis: si nudi
estis: si sustinetis incōmoda: il/
le solus vobis sufficiat: cuiꝰ dul
cedinis magnificentiā: oīa mū
di cōmoda propter se dimissa i
comparabiliter recompensat.
Attendite fratres mei qꝛ sicut
secuꝝ iter: pauper transit per la
trones: sic ꝛ monachus nihil ha/
bens cuꝫ decedit: diaboli secu/
rus trāsit laqueos ꝛ euadit. Ele
menta leuia sursum vadūt: sic ꝛ
fratres qui se ꝑfecte omnibus
nudant: libere celos petunt.
Exemplum enim est hoꝝ pau/
per lazarus: qui fuit tandeꝫ ab
gelo in sinū abrae deportatus.

¶ De castitate. Capl'm. xxi.

A Mplectēda ē post hec
velut vnū bonū de reli
gionis ꝑncipalibꝰ ipsa
castitas: que diuine visioni nos
aptat: que naturā superat ꝛ an/
gelicis spiritibus nos ꝯformat
Hec est enim inquā que fidelē
animā christi sponsam christi
efficit: que sequentes agnū can
ticum nouum instruit: ꝛ deo ꝓ
ximum esse facit. Talibus inhe
reatis nuptijs: vbi thalamus ē
cordis mūdicia. O qꝫ regales
sunt ille nuptie vbi anima xp̄o
per amorem iungit capiti nr̄o
corona ponit ꝛ dextra illiꝰ nos
in primo amplexatur.

¶ Similitudines quedam de
castitate. Capitulum. xxij.

C Astitas vestimentū est
nuptiale: quo decorabi
mur discumbentes i cō
uiuio sūmi regis. Hoc byssino
vestimēto q caruerit ꝺ nuptijs
eternis confusibiliter expellet.
videte quomodo ꝯfusi sunt val
de serui dauid: quoꝝ videlicet
vestes vsqꝫ ad nates tondeban
tur: qꝛ confusi nimis erunt apd̄
altissimū: qui tegumento nobi/
lis continentie nūc spoliantur.
Omni laude dignū est in car/
ne preter carnē viuere: ꝛ inter
spinas esse: sed spinaꝝ aculeos
non sentire. Salamādre tales
sunt similes: que in igne nō cō/
buritur: ꝛ pisci qui circūdatus
aqua nō submergitur: atqꝫ gra
no quod nō inter zizania suffo

catur. Isti mira faciunt in hoc mundo. Maius enim miraculum est de carne ꝓpria fomitē extirpare libidīs q̄ eijcere demonia vel febres de corporib⁹ alienis.

❡ De tribus malis incontinētie. Capitulum. xxiij.

Tribus modis inconti nentes errant: dum vel delectatione vel cogitatione vel cōsensu circa idem vitium elaborant: huius figuram nobis sacra scriptura euidēter innuit: cū in ꝑmoꝝ parentum peccatum serpentē ꝛ mulierē atq̄ viꝝ litteraliter introducit Sit itaq̄ coꝛ vestrū p castimoniā thronus eburneus: sit lect⁹ floridus: sit fons clar⁹: sit vtiq̄ hortus cōclusus amena paradisus: sit archa extrinsec⁹ ꝛ intrinsecus deaurata: ꝛ virtutum delectabilis apotheca.

❡ De cogitatiōe mala. Cap. vigesimūquartū.

Primo ergo sup corda vr̄a frēs mei carissimi xp̄m sic signaclm̄ ponere satagite: ꝛ ne vaganť ad inania ꝓhibete. Coꝛ eteni cere sile dicitur que per impressionem sigillo quolibet figurať. Quare pulchris imaginib⁹ mentes vestras impꝛimite ac sic eas i eterna gloria decorate. Studeam⁹ etiam pigmenta bonaꝝ cogitationum in ignem desiderioꝝ mittere: quo valeamus summi amoris incenso in ꝯspectu altissimi redolere. Desideriū enim nostrū ignis est: ꝛ ẜm materiā quā imponim⁹ vel fetoris vel boni odoris fragrantiā excitat Coꝛ quoq̄ nostrū mole ꝯtinue currenti comparať: qua vel lolium vl̄ triticū cōminuiť ẜm arbitrium imponentis. Faciam⁹ igitur vt salomon qui auream vrnam supra templū posuit. ad innuēdū ꝙ qsq̄ talis esse debet qui ad resistendū volatilib⁹ cogitationib⁹ se premunit. Sciat vestra fraternitas ꝙ cogitādo quis peruersa raptorem in thesaurum suum intromittit semē iactando diabolū emittit: sagittas diaboli absq̄ clypei oppositione recipit incuruando se sathane: christum de solio deijcit porcos in hortū suū deuastandum introducit: lutum in fontem cōsciētie sue mittit: flores reliquēs ad stercora se ꝯuertit.

❡ De delectatione. Cap. xxv.

Quasi proles matrem: sic delectatio malum sequitur cogitatum. Quisq̄s ergo voluerit vitare consequēs malum precaueat antecedens: sciens ꝙ qui cogitationib⁹ carnalibus mentem dederit a su/

pernis se consolationibus elongabit. Absit enim vt diuina cõsolatio infundi debeat vase inquinato. Nam cor imundũ sedes est sathane: cui non decet xp̃m per gratiam consedere. O q̃z indigna cõmutatio incõmutabile bonum spernere: et reb⁹ mutabilibus adherere: fontẽ dulcedinis relinquere et turbato riuulo se replere. Igitur si de peccatis interdum vos cogitare contingat: non hoc ex delectatione sed amara cõpunctiõe fiat: sicut pater multarum gentium abraam ciuitates a longe conspexit subuersas: et hieremias ciuitatis sue incendium dolẽs planxit.

¶ De consensu. Caplm. xxvj.

Ceterum si cõtingat vt illicita cogitatio vos interdũ mordeat sũmopere cauendum est q̃ vsq3 ad consensum delectatio nõ decurrat. Cũ eni diabolus inclinare vos nititur ad peccatum ad suũ incurvari transitum vos hortat. Sz mendax est et pater eius. Ideo minime peruersus trãsibit: qn potius si in consensu vestro aduenerit: pedem figit. Cõsiderãdum tamen est duplicem eẽ cõsensum qui nos maculat: dũ vel malum facere decernimus: vel cum nos in opus sed in delectationem motuum consentimus. Quãdo enim delectatio cogitationis vsq3 ad voluntatem delectandi protrahitur: tũc morosa et rea criminis: etiam absq3 perpetratione operis iudicat. Et si taliter delectantes apud omnipotentez rei sunt: videant quo reatu constringentur qui cogitationes preuenientes ad illicita se compellunt.

¶ Quales debent esse veri cõtinentes. Capitulum. xxvij.

Studeam⁹ igit fratres corporis habere cõtinẽtiam atq3 mẽtis que nobis percinctionem lumborum atq3 mamillarum cum zona aurea declaratur. Si v̓o tentatio carnis vel demonis ad illicita vos incitat: mentem tamẽ stantem fortiter hec nõ frangat. Sz multum interest habere virtutes pollitica vel purgatorias aut purgati animi: quia tm̃ sunt extreme priorib⁹ meliores quãto iam post triumphum quietem syncere possidẽt puritatis. Quis enim omni laude plenũ sit carnalibus desiderijs resistẽ multo tamen laudabilius ẽ tentationum incitamenta non sentire. Nam dum obtinet in bellorum conflictibus quis triumphum: tamen vulnerũ interdũ ictus recipit ac plagarum. Motũ

etiam quem cum labore pugne quis interimit: quando se pacem habere sperauerit: tunc insurgit. Nequaquam enim ab hoste dimicans securus esse poterit: quamdiu contra eum dimicans victus non fuerit. Securior dauid erat postquam a prelijs subiectis hostibus quieuerat: quam cum bellorum discriminibus subiacebat. Status ille tranquillus in archa noe designatur: in qua cuncta quietant animalia et pacantur. Ad pacem hanc laudabilem tunc venimus: quando contra vitia insurgentia: non quasi ex necessitate pugnare compellimur: sed ea potius cum se prius oculo rationis obtulerint: velut colubrum horrore nimio detestamur.

De circunstantijs luxurie Capitulum. xxviij.

Non solum opus luxurie nephariam: sed ad illud incitantes circunstantie sunt vitande: quales sunt incautus visus: tactus osculum et amplexus: frequens eloquimum: risus.

De visu incauto. Capitulum. xxix.

Etenim quia mors per fenestras ingreditur necesse est vt visus ipse cum magna diligentia obseruetur ne dum aspectus incaute exteriora inclinantes aspicimus: diuitias intrinsecas amittamus. Certe si dauid visum ab incauto intuitu restrinxisset: in tante tentationis mala minime incidisset. Pudicitiam quoque dina perdidit: quia ad videndum mulieres regionis occurrens visus: in sui se custodiam non conclusit. Ad tegendum visum nostrum exemplum nobis saluator tradidit: qui nec proprios velari in irrisione oculos recusauit. Quo iccirco scandalizantem oculum secundum dei consilium eruamus: vt visum videlicet ne vanitates hauriat auertere studeamus.

De tactu incauto Capitulum. xxx.

Cauendi sunt preterea contactus non solum lasciuiarum: sed bonarum etiam feminarum. Quis enim bona sit terra: bona quoque sit pluuia: tamen ex earum commixtione lutum efficitur. Eodem modo: licet bona sit manus viri: et bona manus femine: ex contactu tamen illarum nonnunquam lutosa cogitatio: vel affectio generatur. Si picem etenim quis tetigerit: manum vtique sordidabit. Quis autem stultus credit se manum in ignem mittere et incendium

non sentire. Unde quidam sanctus qn̄ p aquā matrē ꝓpriam trāsportauit manū pallio ne illā tāgeret inuoluebat.

¶ De amplexib⁹ ⁊ osculis. Capitulum. xxxi.

SI ergo ꝫm apl̄i dictuꝫ bonuꝫ est mulierē non tāgere: nequaq̄ꝫ illam expedit osculari. Cōcupiscētia eni quosdaꝫ tales sic false decipit ⁊ excecat: vt dicāt talia licere cū eūdē apostolū ꝯstet osculū mūdus intulisse. O q̄ꝫ miserabiliter perijt iudiciū ratiōis: cū affectus ad aliq̄d faciēdū incipit dn̄ari Firmat enim sibi mēs captiua ꝯscientiā qualēcūq̄ꝫ: dū tn̄ pficiat q̄d affectat. Ip̄a v̄o ꝯscientia post facti ꝑpetrationeꝫ amaris stimulis mētē pūgit: q̄ ad malā ꝑtem deuiās veritatis semitas derelinq̄t. Amplex⁹ q̄ꝫ mortales nō desiderāt: q ad eternas nuptias se parāt. Ornatos nāq̄ꝫ lāpadib⁹ mundicie ⁊ oleo leticie decet eē: q supni spōsi amplexibus cupiunt interesse.

¶ De remedijs luxurie. Capitulum. xxxij.

REmedia sane luxurie sūt familiaritates suspectas deuitare: sibi non nimis ꝯfidere: occasiones tētationuꝫ fugere: sensus exteriores claudere: cogitatiōes malas restringere: carnē domare: motibus isurgētib⁹ resistere: bonis se semper exercitijs occupare. Queꝫ enim antiquus hostis vacantē viderit: hūc suis negocijs occupabit. Sciēdū deniq̄ꝫ q̄ cū est nobis ꝯtra alia vitia pugnādū: sꝫ incōtinentie malū potissime fugiendū. Qm̄ sicut infirm⁹ p potū frigide aque ardorē febriuꝫ nō minuit sed accēdit: sic remedia ꝯcupiscētie querens in his miserijs: desiderium nec satiat nec extinguit.

¶ De resistentibus cōtra luxuriā. Capitulū. xxxiij.

OMni custodia necessarium est cor custodiri: quia ꝯstat illō multipliciter impugnari. In resistēdo quoq̄ꝫ necesse nobis est vt ibi simus in nostra custodia cautiores: vbi pugnas experimur hostium fortiores. Nam ⁊ diabolus ibi ponit frequentius temptationū laqueos: vbi magis sentit nos incautos. Et ibi studet fortius nos debellare vbi nouit nos amplius egrotare. Par ⁊ concordia cunctis est laudabilis nisi contra vitia pugnaturo Qd̄ optime innuit vbi turris dauid edificata cum ꝓpugnaculis decorata fuisse mille clipeis omniq̄ꝫ armatura fortium memoratur. Unde ⁊ antiquo ꝑplō

propter exercitium preliandi iebuseus dimittit̃ et machabeis in sabbato pugnandi licētia tribuitur: vt q̃ꝫ gratum deo sit bellum contra vitia declaret̃. Frēꝫ illum diligēter recogitate: quē vidit senex coram se p diuersaꝝ specieꝝ formatas imagines impugnari quas quia p negligentiam nō repulit: cordis sui pulchritudinem in conspectu dei omnia cernētis maculauit. Sꝫ econtrario bene sibi frater ille tentatus cōsuluit qui vt magis obliuisceret̃ talium: mulierem sibi luteam figurauit. Ad innuendū custodiam cordis nostri cherubi flāmeo gladio ad viā ponit̃ paradisi. Studeamꝰ aūt maxime caput serpentis cōterrere hoc ē tentationū pncipijs insistere: vt sic hostem dum est debilis opprimamus: vt nequitiam in semine destruamꝰ atqꝫ ad petraꝫ: idest christū nostros paruulos allidamus. Ut si aduersarius noster sepius tentationibus examinet: ipsa frequētia tedio non afficiat ne simus sicut lapides quos stille cadentes non violentia sed frequentia tandem cauant. Liquet hoc in patre quodam qui annis viginti tentatꝰ fortis athleta xpi persistit: sed postmodum vnius noctis spatio victus cessit.

¶ De hūilitate. Capitulum .xxxiiij.

Matrem virtutum humilitatem frēs carissimi libenter āplectamur quā et christꝰ verbis docuit et exemplo. Nihilominus demonstrauit qui se mitem et humileꝫ corde dixit. Scitis de quodā apud antiquos patres recipiēdo: ad ossa mortuoꝝ misso vt illis exhiberet ignominiā et honorem quatenus sicut hec ad vtrūqꝫ insensibilia cerneret: sic et ipse laudes vel vituperia nō curaret.

¶ De his p que humilitas habetur. Capitulum .xxxv.

